PRIVILEGII, PREROGATIVE, IMMVNITA, CONCESSIONI, TRANsattioni, & Patti di diuerse sorti,

CONCESSI

DALLI SERENISS. DVCHI DI SAVOIA,

alla Città, di Cuneo, & suo mandamento.

ET INSIEME ALTRE CONVENTIONI TRA detta Città, & terre circonuicine.

IN TVRINO,

Appresso l'Herede del Beuilacqua.

M. D. X C.

TAVOLA DE I PRIVILEGGI,

& altre cose piu notabili, che in questo libro si contengono.

INstrumentum fidelitatis prestitæ per homines vallis Gecij, & Vermenagnæ, mandamenti Cunei, Serenissimo Sabaudiæ Duci, & communitati Cunei, tanquam capiti ipsius mandamenti, 13. Decembris 1463. fol. 1

Tenor di sentenza arbitramentale data tra la communità di Cuneo, & ville del suo mandamento li 16. Maggio 1481. fol. 3

Confirmatione di S. A. sotto li 2. Gennaio 1552. fol. 12

Tenor di lettere fol. eo.

Tenor appunctuamenti. fol. 13

Tenor di sentenza arbitramentale per la dichiaratione, & diffinitione d'alcune differenza tra la communità di Cuneo, & ville del suo mandamento 6. Febraro 1557. fol. 15

Tenor di sentenza data per l'Eccellentissimo Senato, in vna causa della communità di Cuneo, contra le ville del suo mandamento li 15. Nouembre 1581. fol. 17

Transattione tra la communità di Cuneo, & la communità di Bernezzo, li 12. Decembre 1488. fol. 18

Instrumentum transactionis, & diuisionis finium inter communitatem Cunei, ex vna, & communitatem Ciuitatis Montisregalis ex altera 16. Augusti 1507. 32

Instrumento di conuentione, & patti, tra la communità di Cuneo, & la cõmunità di Montanara, Villa di essa communità di Cuneo 9. Marzo 1428. 51

Instrumento di Frãchisia delli habitãti nel Castelletto mandamento di Cuneo. 55

Transatione tra la communità di Cuneo, & la communità di Peueragno. fol. 58.

Accordio, & conuentione tra la communità di Cuneo, & la communità di Limone, & Aluernante, 17. Agosto 1440. fol. 73

Dichiaratione di conuentione tra la communità di Cuneo, & la communità di Limone, & Aluernante sopra il particular delle Castagne 8. Ottobre 1444. fol. 80

Conuentione tra la Città di Cuneo, & la communità di Centallo, per conto della terminatione de finaggi. 8. Aprile 1444. fol. 86

Transactio inter communitatem Cunei, & particulares Pipperagni, habentes prædia super finibus eiusdem loci Cunei vltra Gecium fol. 105

Tenor mandati dictorum de Pipperagno, possidentium in dictis finibus Cunei. fol. 112

Tenor mandati seu sindicatus dictæ communitatis Pipperagni 10. Iunij 1442. fol. 114

Instrumentum transactionis factæ per communitatem Cunei, de transactionis, & pactis iam factis cum communitate Pipperagni penultima Iunij 1443. fol. 117

Tenor di atti di plantatione de termini diuidenti il finaggio di Cuneo, da quello di Peueragno. fol. 119

Tenor di Procura della communità di Peueragno con molti atti sopra ciò fatti. fol. eo.

Tenor di relatione delli agrimensori fol. 127

Altra relatione. fol. 132

Tenor di testimoniali. 134

Conuentio communitatis Cunei, cum communitate Bouixij. 135 eo.

Iura communitatis Cunei, pro causa Brusaporcelli. 140. & 142

Conuentio communitatis Cunei, cum com-

155
1191.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

communitate Ceruaschæ. 150
Tenor conuentionis communitatis Cunei cum communitate Ceruaschæ. fol.150.
Confirmatione del contratto di fidelta fol.154.
Confirmatione della fidelta. fol.eo.
Priuilegio della prima,& secõda cognitione concesso alla communità di Cuneo. fol.155
Confirmatione de' Priuilegij, Franchisiæ, concesioni, &c. fatte alla communità di Cuneo dal Sereniss. Duca Filiberto. fol.161
Altra confirmatione de Priuilegij concesi dal Sereniss. Duca Carlo. f.165
Confirmatione de conuentioni per il focagio. fol.167
Concesione fatta per la communità di Cuneo alla communità di Benne d'una bealera da prenderfi sotto la Città di Cuneo,& nella Stura.fol.174
Dichiaratione della Ducheſſa Biancha della predetta concesione della Bealera. 184
Instrumentum concesionis vnius bealeriæ concessæ per communitatem Cunei, nobilibus fratribus de Bocabiancha de Cuneo. fol.186
Ordinamento della Città di Cuneo di licenza per construer vn'alueo, ò sia bealera sopra le fini di Cuneo,& condursi nella Camperia del Castelletto, & Montanara detta de participanti. fol.190
Altro instromento sopra la detta bealera. fol.191
Sentenza della Camera in prima instanza tra la Città di Cuneo, & il Patrimoniale di S. A. Sereniſsima sopra le Gabelle. fol.194
Sentenza di Reuisione sopra il medemo fatto. fol.198
Commercio di grani, & vittuaglie per la Città di Cuneo, & suo distretto. fol.199.
Confirmatione di lettere del commercio. fol.201.202.203
Priuilegio del commercio de grani vltimo Aprile. fol.204
Concesione di vna bealera fatta per la Magnifica communità di Cuneo alli fratelli de Rebacini. fol.208
Tenor sententiæ arbitramentalis inter participantes de Vignolio,& participantes Cunei in bealeria de Rottarijs. fol.210
Arrestum super facto bealeriæ de Rottarijs. fol.219
Confirmatione fatta dal Sereniſsimo Duca Emanuel Filiberto alla Città di Cuneo di tutte le conuentioni. fol.226.
Instrumento di fidelta fatta al Sereniſsimo Duca Emanuel Filiberto Duca di Sauoia in vita sua, & dopò lui al Sereniſsimo Duca Carlo Emanuelle suo figliuolo. fol.228
Priuilegio de l'arma concesso alla Città di Cuneo dal Sereniss. Duca Emanuelle. fol.231.
Testimoniales paratus obedire.fol.237
Inhibitione p il fatto delle merci.f.238
Instrumentum pactorum inter participantes bealeriæ ronchorum,& participantes bealeria de Rabacinis, vel de Miglia. fol.239
Priuilegio concesso per il Sereniſsimo Emanuel Filiberto, per il qual concede alla communità di Cuneo inuestitura di tutte l'acque che nascono sopra il territorio, & mandamento di Cuneo. fol.243
Permisione di vna bealera cõcessa dal la Citta di Cuneo alli Signori di San Michaele, & Freylino Caysotto, da prenderfi sopra il finaggio di Cuneo oltre stura dalle acque descendenti dalla bealera detta la Liona, & dalli edificii de Rabacini alli Ronchi, nelle limiti delli termini diuisorij d'essa communità, & di Centallo nella regione domandata all'intrata delle basse di stura. fol.249

FINIS.

INSTRVMENTVM fidelitatis, præstitæ per homines vallis Gecij, & Vermenagnæ, mandamenti Cunei Sereniſsimo Sabaudiæ Duci,

ET COMMVNITATI CVNEI,

tamquam capiti ipsius mandamenti 1463.
13. *Decembris.*

IN nomine Domini, Amen, Anno eiusdem Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, Indictione vndecima, die tertiodecimo menſis Decembris. Actum Cunei, videlicet in consiliaria communis Cunei vbi solent cõsilia dicti loci Cunei celebrari. Præsentibus ibidem Ioan. Laurentio de casalibus, Vercelino de Iudicibus,& Dñico Iori de Quærio testib. ad infrascripta omnia vocatis, & rogatis; in quorum testium,& mei notarij infrascripti præsentia constituti omnes, & singuli in pede præsentis instrumenti descripti, tàm de Burgo Sancti Dalmatij, quàm de Vaudierio, & Andono, Vallis Gecij, & districtus Cunei, vigore restitutionis factæ communitati Cunei, per Illustriſſimum,& Excelsum Principem D. D. nostrum Ludouicum, &c. Ducem de Vallis,& communitatibus Vallis Gecij,& Vermenagnę, cum consensu Illustrissimi Domini Iani Comitis Geben. filij eiusdem prælibati Principis,& Ducis volentes bene viuere,& de cętero subijci communitati Cunei, & mandamenti dictæ communitatis ante præsentiam spectabilis, & generosi viri Domini Thibaldi Lascaris ex Comitib. Vintimiliæ Condomini Brigiæ honorandi Vicarij dicti loci Cunei,& districtus pro prælibata excellentia Ducali Sabaudiæ,& spect. legum Doct. Dom. Ioã. Franciſci de Rabacinis honorandi Iudicis eiusdem loci, obtulerunt se sponte velle stare, & parere iussibus, & mandatis præfatorum DD. officialium, & succeſſorum suorum in dicto officio in perpetuum per se, & suos hæredes, necnon & ordinationibus, & mandatis ipsius communitatis secundum formam,& tenorem dictæ institutionis nouiter factæ, etiam conuentionum, & franchisiarum antiquarum, & vt possit ipsa communitas Cunei magis confidenter quieſcere super fide ipsorum de Valle Getij simul tam coniunctim quàm diuisim pro se,& suis hæredibus quibuscunque, ac vice, & nomine communitatum,& locorum Burgi Sancti Dalmatij, Andoni, & Vauderij fidelitatem dilectam,& opportunam humiliter, & genibus flexis cum iuramento eorũ, & cuiuslibet eorum spõte tactis per eos corporaliter scripturis,& ad sancta Dei Euangelia in manibus præfati Domini Vicarij, & sindicorum dicti loci Cunei,

HAVRÓPA TUDOMÁNYI MEGHIRDETÉSEK

præsentium,acceptãtium, & recipientium tam vice,& nomine prælibati D.D. nostri Ducis Sabaudiæ,quàm vice,& nomine communitatis Cunei, quæ est caput iurisdictionis, ac mihi Notario infrascripto vti publicę personæ, & officio publico, & authentico fungenti, stipulanti, vice, & nomine quorum interest, vel interesse poterit in futurum,promiserunt esse perpetuis temporib. obedientes,fideles,& subditi esse dictorũ DD.officialiũ, Cunei, & d.cõitatis,& facere, & adimplere omnia, & singula quæ continent in capitulis nouæ, & veteris formæ fidelitatis, quo ad prædictam Dominationem Ducalem, & quo ad ipsam communitatem Cunei stare parere,& obedire statutis,& ordinamentis, reformationibus,& ordinationibus per ipsam communitatem factis, & fiendis in futurum secundum formam dictarum conuentionum, franchisiarum, & priuilegiorum dictæ communitatis,& rectoribus,ac alijs officialibus deputandis per ipsam communitatem Cunei parere, & obedire sine contradictione quacunque in omnibus licitis,& honestis,& quæ non repugnant auctoritati Ducali Sabaudiæ,nec vnquã tractare,nec in aliquo tractatu esse,in quo aliqd fieri,vel moliri contra statum,& honorem prælibatæ Ducal. Excellentiæ,siue contra statum,& bonũ publicũ reipublicæ Cunei tractet,imò si aliquid sentirẽt tractare palã,vel secretè contra ipsos de Cuneo eorum officiales deputandos illico, & bona fide denuntiare,& reuelare sindicis dictæ communitatis, qui pro tempore erunt sub pœna fulcarum, & totius mali, quod disponere vellet communitas in eorum bonis,salua semper bona gratia prælibati D.D. Ducis,quibus sic cum iuramento pręmisso prędicti Domini Vicarius Iudex,& sindici dictos districtuales in franominatos nomine dictarum Communitatum misericorditer, & benignè receperunt in bonos,& fideles de cętero subditos, tam vice, & nomine prælibati Domini nostri Ducis,quàm vice,& nomine dictæ communitatis Cunei promittentes quoque ipsos infranominatos,& suos hæredes,& reliquos dictarum communitatum manutenere, protegere,& deffensare,ab iniuria,& oppositionibus, quæ eis inferrentur ab aliquo extraneo, siue quacunq; persona contra formam statutorum conuentionum, & franchisiarum, de quibus supra renunti antesque liti nouiter motæ per ipsos de Burgo contra communitatem Cunei,& literis citatorijs per ipsos impetratis imò ratificantes, & approbantes literas concessas per Illustrissimum D.D.Sabaudiæ Ducem communitati Cunei in restitutione Burgi,& Vallis Getij,& illis literis acquieścerũt,& in casum contradictionis liceat prædictæ communitati Cunei ipsos assacamanare, de quibus omnibus, & singulis tam per ipsos Dominum Vicarium,& iudicem pro parte prælibatę Dominationis Ducalis,quàm per dictos sindicos,& consiliares iussum fuit mihi notario infrascripto fieri publicum instrumentum præsentibus, & consentientibus ipsis de Burgo,& Andono,& Vauderio: Nomina quorum sunt hæc: Martinus Giraudo,Antonius Boneti sindici, Innocentius Arloti, Bartholomeus Pistoni, Constantius Siglioni, Dominicus Rotundi, Antonelus Pascheri, Matheus Brigiæ,Constantius Gollo, Blasinus Vegli, Iacobinus Pascheri, Vialus Caualeri, Mondinus Molineri, Ioãnes Rotundi, Constantius Medalensis,Odinus Galiani, Petrinus Ponteri pro se, & fratribus, Blasius Albuto, Alexius Bilogli, Andreas Caualeri, Bartholomeus Vegli, Iacobinus Plasentia, Ioannes Rubei, Iacobinus

cobinus Graneri, Ioannes Toselli, Dominicus Grandi, Mathęus Petiti, Bartolomęus Roberti, Dalmatius Rotũdi, Angelinus Tortagna, Iacobus Garneri, Matthæus Frãchi, Girardus Ruffini, Thomas de Campo, Antonius Reali, Guiglielmus Carle, Iacobus Ramondi, Antonius Plasentia, Vasallus Blangus, Dominicus Pontij, Bartholomeus Dalmatij, Mathæus Richerj, Iacobinus Priati, Collinus Bergia, Tomenus Gaudi, Nicolaus Richerij, Iacobinus Pirati, Guiglielmus Dalmatij, Antonius Ianua, Thadęus Regis, Blasinus Lexdirij, Laurẽtius Arloti, Petrus Brandi, Ardizonus de Roch, Odonus Pascherij, Antonius Veglo, Georgius Rubei, Antonius Falchi, Iacobus Roberti, Ioannes Dandello, Bartholomęus Rotũdi, Odinus Vassalli, Mondinus Borra, Bartholomęus Pascherij, Dominicus Gartieri, Simõdus Ramonda, Martinus Ganda, Antonius Rotundi, Constantius Pistoni, Ludouicus Billogli, Ioannes Taglioto, Petrus Falchi, Ioannes Taglioni, Anselmus Rubei, Michael Valona, Constantius Roberti, Angelinus Falchi, Ambrosius Blangeri, Anselmus Mãdagna, Ioannes Risati, Ioannes Pascherij, Paschal Resianus, Ioannes Tortagna, Antonellus Dandelli, Ioannes Caualo, Petrus Caglia, Angelinus Caglia, Guiglielmus Fure, Antonius, Meglior sartor, Petrinus Pellegrini, Ioannes Ricolphi, Iacobus Mantilliæ, Dalmatius Roaxij, Guiglielmus Luperia, aliàs Collo, Petrus luperia, Ludouicus Plasentia, Io.Georgius Luperia filius Nicolai, Filipus Luperia Giarni, Mondinus Luperia, Michael Rulphi de Valderio.

Ego Philipus Corui Burgien. Cunei publicus imperiali,& Excel. Dominat. Sabaudię auctoritatib. Notarius suprascriptũ instrumẽtum per quõdã genitorẽ meum Bartholomeum Coruum Notarium publicum receptum leuare feci de prothocollis suis mihi commissis per Excel. Ducalem per alium fidelem Notarium coadiutorem meum, alijs occupatus negotijs de licentia prælibatæ Excellentiæ concessa, & quia facta debita collatione cum originali prothocollo, & vtrunque inueni concordare, ideo hic me subscripsi cum appositione, mei soliti signi tabellionatus in fidem veritatis omnium prędmissorum.

Tenor di sentenza arbitramentale, datta tra la Communità di Cunio, & Ville del suo mandamento dell'anno 1481. 16. *Maggio.*

IN Nomine Domini Nostri Iesv Christi. Amen. Per hoc publicum instrumentum cunctis fiat notum atq; manifestum, quòd anno natiuitatis eiusdem Millesimo quatricentesimo octuagesimo primo, Indictione decima quarta, die verò decima sexta mensis Maij. Cùm inter communitatem loci Cunei ex vna, & communitates locorum Burgi Sancti Dalmatij, Rocheguidonis, Rubilanti, Andonni, Valderij, Intraquarum, Roaschæ, Vallium Gecij, & Vermenaniæ, iurisdictionis Cunei partibus, ex alia, nonnullæ

differentiæ, discordiæ, discensiones, & querelæ, ortæ fuerint occasione finium, & paschoragiorũ territoriorum dictarum cõmunitatum, etiam omnium, & singularum aliarum causarum, & rerum de quibus inferius specialis mentio fit maioresque oriri. Et tractatu amicorum communium ipsarum partium cognitio, decisio, & diffinitio, ac apunctuatio ipsarum differentiarum, discordiarum, ac querelarum remissæ fuerint spectabilibus viris Vgonino de Montefalcone Domino Flassiaci Vicario Cunei, & Ruffino de Murris financiarum Generali Sabaudiæ per ipsas partes, seu communitates, promiseruntque stare parere, & obedire sententiæ, ordinationi, pronunciationi, arbitrio, & arbitramento ipsorum Dominorum Vicarij, & Generalis. Constantibus de huiusmodi remissione facta per communitatem Cunei scriptura publica scripta per Mercurinum Rebacini Notarium publicum, & scribam communitatis, seu consilij loci Cunei, & per communitates alias superius nominatas publicis instrumentis per me Notarium, & secretarium subscriptum confectis, sub annis, & diebus in eisdem descriptis. Subque obligationib. & pœnis in eisdem contentis, ad quæ debita relatio habeatur. Fuit propterea, & est, quòd præfati spectabiles Hugoninus de Montefalcone Vicarius Cunei, & Ruffinus de Murris Generalis Sabaudiæ. Visa remissione per dictas communitates facta, & potestate eis attributa, debatis existentibus, & vertentibus inter ipsas partes, & de, & super ipsis differentijs, rancuris, & querelis debite informati pro bono pacis, & concordiæ partium earundem Christi nomine inuocato, & signum Sanctę Crucis facientes, dicentes In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Ad eorum sententiam, pronunciationem, declarationem, arbitrium, & arbitramentum processerunt, vt sequitur.

Nos Hugoninus de Montefalcone Dominus Flasciaci, & Vicarius Cunei, & Ruffinus de Murris Financiarum Sabaudiæ generalis, Vigore remissionis, & potestatis nobis, vt prẽmittitur per partes, seu communitates suprascriptas factarum, & attributarum, visis de iure videndis, & eis, quæ partes ipse hinc inde dicere, proponere, & allegare voluerunt; pronuntiamus, sententiamus, appunctuamus, ordinamus, declaramus, arbitramur, & arbitramentamur prout infra.

Primò super prima querela data per homines Vallium Gecij, & Vermenaniæ. Et primo capitulo ipsius querelæ, in quo describitur, & Imò homines Vallium sunt in antiquissima possessione, seu quasi conducendi eorum bestias, tam lanutas, quàm bouinas ad pascendum, ac inuernandum, & primandum, & illas conducendum per locum, & fines Cunei, ac totam iurisdictionem eiusdem, sine consignatione aliquali, & ad ipsas consignandum de præsenti arctantur, & molestantur per gabellatores communitatis dicti loci Cunei, contra dictam antiquissimam possessionem, & cõsuetudinem, & requirunt se se in pace dimitti, & non arctari ad aliquam consignationem, prout etiam non possunt astringi ex forma iuris, ex quo in casibus antedictis bestiæ ipsę non ducuntur marcimonij gratia, & remanent in dominio hominum iurisdictionis Cunei, qui debent à præmissis esse liberi, & immunes super ipsa querela, & capitulo ipsius suprascripto: attento, quòd ipsi homines Vallium sunt de iurisdictione Cunei, gaudentes immunitatibus, priuilegijs, & fauoribus quibus ipsi de Cuneo, quia etiam cuilibet

cuilibet licèt extrahere à loco sui domicilij res non mercandibiles fuerintque, & sint ipsi de Vallibus in quasi quadam possessione sic faciendi, vt digno recepimus testimonio, etiam vt litigijs obuietur, quæ in dies oriri possent inquisitione curiæ, accusa, seu denuncia alicuius, & finis imponatur: quia etiam ipsi de Vallibus nutritura bestiarum viuunt, pro quibus diuersis temporibus in montibus, & domibus eorum pro multitudine murum, & aliorum superuenientium discriminum non habentur fęna, nec alia necessaria, sed eos oportet ad loca circunuicina concurrere, & accedere pro necessariò victu ipsarum bestiarum.

Ideo declaramus, sententiamus, & dicimus pro bono ambarum partium, q homines Vallium Gecij, & Vermenaniæ, & ibidem habitantes, & habitabunt pro futuro possint, & valeant ire, transire per locũ, fines, & totam iurisdictionem Cunei cum eorum bestijs cuiuscunque iurisdictionis, & generis existant temporibus dum illas ducunt ad paschua, seu inuernandum, & primandum eas exinde reducendo ad eorum loca, & montes singula singulis debitè referendo quando tempora pascuntur absque aliqua consignatione, & solutione fienda gabellati, & pedagij Cunei, vel alterius angariæ, & ordinamenti fiendi, & similiter portando panem, & victualia necessaria pro custodibus ipsarum bestiarum.

Ita tamen, quòd non possint, nec debeant ipsi de Valle aliquas bestias alicuius, qui non sit de Cuneo, seu de locis iurisdictionis, & districtus eiusdem cum eorum bestijs accumulare, seu pariare, & transire.

Prouiso etiam, quòd si aliquas vendent dictis temporibus teneantur soluere gabellam Cunei, prout faciunt homines Cunei, & vbi reperiatur, vel probetur aliquem accumulasse, seu appariasse aliquas alienas bestias, vel vẽdidisse, & non soluisse, vel vendere, & non soluere infra decem dies post venditionem, seu cum gabellatore concordasse gabellã, sicut soluere solent homines Cunei, intelligatur pœnas commisisse super his editas, & imponendas ex forma capitulorum factorum, & fiẽdorum circa fraudem commissam, seu committendam, vt in capitulo cõtinetur, & gabellator in quadruplo teneatur, & vbi per testem idoneum omni exceptione maiorem fraus accumulationis, seu venditionis factæ stetur iuramento illius, & vbi, vt p̃mittitur non probaretur, stetur iuramento magistri cuius erunt bestiæ, qui teneatur etiam pro fraude famuli.

Super secundo capitulo querelæ datæ per ipsos de Vallibus tenoris huiusmodi, quòd ipsi homines Vallium prædictarum sunt in antiquissima possessione, seu quasi ordinandi, & ordinamenta faciendi de eorum finibus indubitatis, & possessionibus, & ipsos ac ipsas banniendi, & bannitas faciendi coram Cluario dictorum locorum, & etiam pro vijs, & alijs eorum bonis, & rebus, & cassandi, augendi, & minuendi prout ipsis visum fuerit, & quòd de præsenti ipsa ordinamenta, & bannitas obseruare recusant officiales dicti loci Cunei, prætextu eiusdem asserti capituli dicti loci Cunei, quo cauetur ordinamenta quæ fiunt in Vallib. iurisdictionis dicti loci Cunei, nisi confirmẽtur per consilium generale dicti loci Cunei, quòd cedit in magnum præiudicium ipsorum locorum propter deuastationem possessionum hominum dictorum locorũ, quæ dietim deuastantur, & in eisdem, ac finibus ipsorum locorum damna insuportabilia inferuntur adeo, quod ipsis de Vallibus succedunt scandala, nec habet nocere dictum

HAJDOBA BIBLIOTEKA OHY im. J. MIECHOWSKA

ctum assertum capitulum ipsis hominibus Vallium, qui habent eorum fines separatas,& atterminatas á finibus Cunei, & remanserunt in iuribus, in quibus erant antequam essent sub iurisdictione Cunei, nec ipsi loco subsunt, nisi duntaxat respectu iurisdictionis, vt apparet ex sententia per Magnificum Ducale consilium lata:quare requirunt eisdem ordinamenta per ipsas communitates, & quamlibet ipsarum fienda obseruari iuxta ipsorum formam, & recusantes dicere nomen,& cognomen proprium,& non possidentes,bona capi, & detineri cum eorum bestijs,bonis, & reb.per custodes finium suorum,siue p Clauarium cuiuslibet ipsorum locorum super ipso capitulo,vt tollatur materia delinquendi: quia etiam ipsi de Vallibus exigui sunt finibus,& territorijs,ita vt super illis vnusquisque dictorum locorum non potest viuere, sed cogitur,vt plurimum alibi vitam mendicare, inconueniens, est etiam inhumanum rem alienam capere deuastare, seu aliàs appropriare, & paria essent, si post eorum semina,seu arborum,& nemorum alienationem extranei, & non habitantes in ipsis locis illa exportent,seu depascent ipsos de Vallibus eorum laboratoribus,& vita priuando cõsumatione,& exportatione rerum suarum;Ordinamus,& pronuntiamus eisdem de Vallibus,& vnicuique locorum dictarum Vallium eorum fines esse seruandas,& eisdem licere,& posse per ipsos in præsentia eorum Clauarij confirmati per officialem Cunei modo, & forma infrascriptis bannitas finium prædictorum ordinamenta, & prohibitiones facere pro finibus nemoribus bonis,fructibus,& rebus ipsorum seruandis ex forma etiam bene viuendi, quotiescunque, & eisdem videbitur, & sub pęnis pro libito voluntatis imponendis, & fisco Ducali,ac alijs iuxta solitum applicãdis,& emenda tantundem, seu extimatione extimatorum cuiuslibet locorum arbirrio damna passuris persoluendis,& huiusmodi bannimenta tassare, augere, & minuere possint quandocunque eis videbitur,& placuerit,ita quòd portent Domino Vicario Cunei, vt publicentur,& expediantur Clauario Cunei ad omnem eius requisitionem, vt pœnam pro portione fiscali exigere possit lapsum tempus literarum Ducalium concessarum ipsis de Valle super bannis minutis eorum finium, & intelligantur confirmatæ ab ipso Domino Vicario Cunei præsenti, & futuris, postquam eidem fuerint præsentata.Et executioni mandentur non obstantibus capitulis, & alijs contrarijs in futurum adducendis, & quia multotiens delinquentes recusant eorum nomina, & cognomina dicere,vel mutant, aut non habent in iurisdictione vnde soluere huiusmodi banna,& emendam,ordinamus,& declaramus, quòd camperij, & custodes finium ipsorum possint tales delinquentes,aut nomen,& cognomen dicere recusantes, seu mutantes capere, & ad curiam,seu Clauarium loci super finibus cuius deliquisse reperietur adducere,& detinere quousque de nomine,& cognomine habeatur vera notitia,& satisderint pro pœna,& emenda; & tales custodes, seu camperij, & clauarij locorũ nullam incurrant pœnam pro tali detentione,etiam sine aliqua licentia,& concessione Dominorum Vicarij Cunei;& consilij ipsius loci Cunei,id facere possint,& in his intelligatur hominib.Cunei,Ceruaschæ,Vignolitij,& Bernetij nõ posse bannitas,& imponi pœnas pro communibus vltra solidos sexaginta,& in proprijs eorum possessionibus obseruetur forma capitulorum, quo ad pœnam

quam

quam non possunt excedere,quo ad homines Cunei,& iurisdictionis,quo verò ad bannitas quas facient de eorum possessionibus, & vijs pratis, vineis, & alijs eorum bonis,& possessionibus proprijs possint bannitas facere,& in eisdem pœnas eorum arbitrio imponere, & eandem pœnam quam incurrent personæ de ipsis locis Vallium incurrent ipsi de Cuneo,& iurisdictionis, & omnia sic fienda debeant ipsi de Valle mulctas Dominis Vicarijs,& Clauarijs præsentibus,& futuris in scriptis registrando in libris ipsius consilij, & hoc infra sex dies postquã fuerint ordinata per eos,& præsentata habeant ab inde effectum.

Item quia aliqua ex locis dictarum Vallium sępenumero contendunt de finibus,& vsu finium ipsorum locorum,& cõsumuntur litigijs,& processibus, quod alienum esse debet ab ipsis,qui sunt laboratores idiotæ literarum, & pauperes, & quod deterius est, vt fide digno accepimus testimonio sese inuicem pluries percusserunt, & vulnerarunt, bestias interfecerunt sub vultu coperto,& deformato ipsas bestias interficere, ex quibus exinde maxima scandala successerint, & succedere possunt,vt ideo talibus obuietur,& coniunctè viuant,Ordinamus, & perpetuò obseruari declaramus, quòd quando, & quotiescunque continget differentiam oriri, seu controuersiam inter aliqua locorum dictarum Vallium ex & pro finibus, seu vsu ipsorum finium, quod tunc, & eo casu teneantur homines dictorum locorum contendentium eligere personas aliquas aliorum locorum dictarum Vallium,vel alterius loci iurisdictionis Cunei, & ipsorum locorum si eis videatur expertas,& doctas in talibus, quæ medio domini Vicarij Cunei,vel alterius officiariorum dictarum Vallium eligendi per ipsos accedentes super loco differentiarum summarie sumptis informationibus à circonuicinis locis,& personis alijs scientibus de dicta differentia, sine alio strepitu, & figura iudicij,& absque alio processu,& scriptura fiendis,nisi quæ fierent pro probationibus,& informationibus habendis,& fiendis,decidant, declarent,atterminẽt, & breuient prout eis melius videbitur fiendum eorumque decisioni,& arbitramento stetur hincinde sub pęna centũ Ducatorũ auri applicanda fisco Ducali per partem,per partẽ non obseruantẽ,& ad sic eligendum,& accordium faciendum teneatur Dominus Vicarius præsens, & qui pro tempore fuerit partes constringere ad dictam pœnã,& ad præmissa. Super tertio capitulo querelæ datæ per homines Vallium huiusmodi continentes,quòd ipsi homines supportando onera viarum, & pontium ac damna possessionum ipsorum propter transitum foresium,& quòd communitas Cunei percipit, & colligit gabellas rerum, quæ conducuntur per forenses super finibus dictorum locorum dictarum Vallium sine aliqua compensatione,& absque eo,quod ipsis de Valle habeatur aliquod commodum requirẽtes de ipsis aliquam fieri compensationem, & solutionem pro focagijs, & alijs oneribus Ducalibus super rata tangen. ipsos de Vallibus, vt sic, & quemadmodum sequuntur damna, & onera de quibus supra, ita quòd sentiant commoda pro eorum parte prout ius naturale gentium, & ciuile dispo nit.Ordinamus superfederi & eisdẽ de Valle silentium imponimus;declarantes eos viuere,stare,& seruare debere,vt hactenus fecerunt. Super quarto capitulo infrascripti tenoris, quòd ipsi homines Vallium sunt in antiquissima possessione non consignandi, minusq; soluendi aliquam gabellam, seu intratam de aliqui-

bus

bus rebus,seu mercibus,quæ conducuntur ad vendendum in locis prædictarum Vallium pro eorum vsu , & quòd molestantur de præsenti per homines Cunei ad consignandum,& soluendum pro intrata olei,& aliarum mercium,ac rerum quæ conducuntur, vt supra requirentes sese in pace relaxari , & non arctari ad præmissa,quia quod pro vsu suo ducitur de iure non soluitur pedagium,vel gabella,& iuramento differentijs est standum.

Ideoque ordinamus, quòd eisdem obseruetur prout hactenus obseruatum fuit,sine aliqua nouitate,& non compellantur ad aliquam consignationem, seu solutionem pro vsu,& contrafacientes incurrant pœnam declaratam in capitulis Cunei factis.

Super quinto capitulo querelæ datæ per homines Vallium hic inserto,& huiusmodi formæ, quòd ipsi nõ sunt assueti soluere aliquam gabellam de vino forensi,quod conducitur in locis ipsis,nisi gabellatori,seu gabellatoribus per homines dictorum locorum,& cuiuslibet ipsorum deputatis,seu deputandis in dictis locis Vallium , & quod molestantur per gabellatores Cunei ad consignandum eisdem vinũ forense,& ad soluẽdum eisdẽ gabellam ipsius vini,de quo sufficit soluatur gabellatoribus ipsorum locorum Vallium , & cuiuslibet ipsorum prout ad vnumquenque ipsorum pertinet, & prout assuetum est, ex quo requirunt sese non molestari,nec ad hoc compelli, prout etiam compellendi nõ sunt, attenta forma sententiæ latæ per Magnificum Ducale consilium , in qua Valles solum pronuntiatæ subesse debere loco Cunei , respectu iurisdictionis remanentibus dictis Vallibus in eorum iuribus, videlicet Cum ponerent ipsi gabellatores pro vino forense,& cõuerterentur ad commodum ipsarum Vallium, certè communitas Cunei tales gabellas sibi appropriari non potest , stantibus verbis dictæ sententiæ,vt asserunt, quia in vallibus non recolligitur vinum pro parte anni,& iuxta solitum in Cuneo non sit copia vini, & consideratis contentis in dicto capitulo, Dicimus,& pronuntiamus, q conducentes vinum in Vallibus arcentur ad soluendum gabellas , & non ementes,ita etiam , quòd ipsi de Vallibus possint vbicunque pro eorum vsu emere, & conducere vina ad eorum domos consumenda pro eorum vsu , de quo stetur iuramento conducentis , seu ementis,sine solutione alicuius gabellæ , nec possint astringi ad emendum vina in Cuneo,Burgo, vel alio loco quouis pretio , nisi pro libito eorum voluntatis, & hoc intelligatur quando permittitur per communitatem Cunei vinum forense intrare in Cuneo,& iurisdictione.

Super sexto capitulo mentionem faciente , quòd homines de Cuneo habentes possessiones,prædia,& domos super finibus locorum Vallium , & qui in futurum habebunt teneantur,& debeant registrare in locis vbi essent sub pœna ordinanda postquam moniti fuerint per sindicos cuiuslibet loci , & onera suppottare,& fodra soluere prout ipsi de ipso loco faciunt , & assueti sunt, quia ibi onus ferre debet vbi commodum reportat,& onera præcipuè realia, vel mixta quæ rebus imponuntur,ideo dicimus , & declaramus, quòd homines de Cuneo possidentes possessiones, & prædia ac domos in locis , & super finibus locorum dictarum Vallium, & qui pro tempore habebunt , & possidebunt teneantur , & debeant registrare in locis super finibus quorum essent sub pęna centum Ducatorum

torum auri postquam moniti fuerint , & requisiti per sindicos cuiuslibet loci, & onera realia pro ipsis prædijs, & domib.& fodra soluere exactoribus deputatis , & deputandis per homines alterius locorum prædictorum sub finibus quorum essent dicta prædia ipsi de ipsis locis Vallium,& habitantes ibidem faciunt, & sunt assueti,& similiter ipsi de Valle in Cuneo, & alijs locis iurisdictionis Cunei,in quibus possiderent,& hoc fit in oneribus realib. duntaxat.

Super septimo capitulo faciente mentionem , quòd Clauarij locorum vsque ad certam summam declarãdam decidere possint quæstiones , attenta distantia locorum, & perditione temporis respectu cuiuslibet paruæ quantitatis,declaramus,quòd Clauarij locorum dictarum Vallium ad formam capitulorum Cunei possint causas audire , & exequi sine aliqua scriptura, & solennitate , etiam per sacramentum partis maximè accipere debẽtis ad formam capitulorum Cunei.

Super octauo , quòd Clauarij Vallium possint prout asserunt arrestare pro debitis hominum Vallium , & iurisdictionis , & dare extimatores pro damnis, quæ inferũtur, quia de iure priuatæ personæ licèt debitorem suum fugien.ad iudicium ducere , ideo dicimus, & declaramus, quòd Clauarij locorum Vallium possint , & valeant eorum auctoritate , & virtute suorum officiorum ad querelam cuiuscunque personæ arrestare forenses , & bona eorum detinere, ità quòd in omni casu oppositionis bonis arrestis , stantibus in sequestro , & personis fideiuben. de iudicio sisti , & iudicatum soluendo iuxtaformam iuris , & capitulorum relaxatis causam remittere decidendã Dominis Vicario, & Iudici Cunei . Quòdque possint ipsi Clauarij cuiuslibet locorum extimatores dare , & concedere pro damnis, quæ inferuntur in eorum finibus possessionibus,& bonis extimandis , & extima fienda per ipsos extimatores valeant , & teneantur, ac exequantur , ac si iudicialiter in curia Cunei facta essent,& executioni mandentur , ita quòd talia extima reportent in Cuneo Dominis Vicario , & Iudici pro decreto imponendo iuxta solitum, etiam vt non tollatur commodum scribaniæ Illustrissimi Domini nostri , & sine alia scriptura , & strepitu iuris mandentur executioni , vt supra deficientibus in ipsis locis milite , & famulis curiæ Cunei : seruata in præmissis forma capitulorum dicti loci Cunei.

Super nono capitulo loquente , quòd ipsi de Cuneo non possint prohibere, nec prohibitionem facere contra homines Vallium de eorum bestijs , q illas non vendant ad eorum libitum , & cui voluerint , & sunt in libertate ipsi de Valle illas vendẽdi prout hactenus fecerint ipsi de Valle ad eorũlibitũ sine aliquo impedimento,quia ius est cuicunque liberam , & amplam esse potestatem res suas alienandi , & contrahendi cum quauis persona.

Dicimus,& declaramus , quòd homines Vallium possint liberę , & impunè vendere , & alienare semper, & quandocunque eis placuerit eorum bestias , & res cuiuscunque conditionis , & speciei existant pro libito voluntatis absque aliquo impedimento per ipsos de Cuneo In contrarium statuto , seu ordinando , & inferendo .

Super 10.capit.narrãte prẹsentationem electionis Clauariorũ,quia ad dños Vicariũ, & Iudicem Cunei pertinet, & spectat merum, & mixtũ Imperium , & oĩmoda iurisdictio Cunei,& mãdamẽti, & sic ad eos ptinet confirmatio Clauarij

uarij locorum dictarum Vallium post electionem per ipsos de Vallibus factam coram quibus Clauarijs tenentur consilia ipsorum locorum, & eidem denunciantur damna illata, & alia communia occurrentia per eos exinde defferenda in Cuneo ad ipsos Dominos Vicarium Iudicem, & Clauarium, & aliquando post ipsam nominationem, & præsentationem factam de dicto Clauario ipsis Domino Vicario, & Iudici differt confirmatio per multa tempora quibus durantibus maleficia non scribuntur, consilia locorum ad conseruationem eorum, non tenentur, quæ succedunt damno Illustrissimo Domino nostro reipublicæ, & ipsis obuian. ordinamus, quòd Dominus Vicarius præsens, & qui pro tempore fuerit, seu eius locumtenens teneatur illico, & debeat, ac possit confirmare, & constituere alterum, & quem maluerit ex tribus eligendis per homines dictorum locorum Vallium, & cuiuslibet ipsorum in Clauarium, & literas sigillare, confirmationis præsentata eidem electione in consilio Cunei, vt moris est fieri, & secundum formam statutorum dicti loci, & si consilium non teneretur, tunc sufficiat in præsentia Clauarij Ducalis Cunei, qui teneatur registrare, saluis in his conuentionibus Cunei.

Super vndecimo capitulo, quòd gagia non perdentur: quia culpa familiarium Cunei aliquando gagia leuata hominibus Vallis perduntur, vel extrahuntur, ita quòd creditores ad quorum instantiam sunt leuata non habent eorum solutionem, & debitores illa perdunt; declaramus, quòd milites, & familiares curię Cunei præsentes, & futuri teneantur omnia gagia per eos fienda in locis dictarum Vallium deponere, & remittere in manibus Clauarij dictorum locorum, vel alterius personæ idoneæ per ipsa loca, & quodlibet ipsorum eligendi, vel eligendæ, & qui sic eligendi, vel eligendę sint oneri communitatis sic eligentis ratione indemnitatis conseruandæ pro habentibus interesse, qui teneatur de ipsis dare tiletum de receptione ipsorum gagiorum, & ibidem stare debeant quousque incantata, & deliberata fuerint secundum formam statutorum Cunei, nec possint exstrahi à locis ipsarum Vallium, nisi post deliberationem, seu venditionem incantus, & lapsum tempus redemptionis, & tunc teneatur famulus tiletum restituere, vel alium facere de receptione eorundem gagiorum aliàs liceat ipsa gagia remittere impunè, nec permittere extra loca portari, Incantus fiant de creditis eorum in locis ipsius Vallis, in quibus leuabuntur pro creditis verò Cunienſium obseruetur prout hactenus obseruatum fuit, & insuper, ex quo Cunienses in se retinent eorum gabellas, & reditus ad gabellam, de qua supra in tertio capitulo continetur Declaramus, quòd sint ipsi de Valle, & subesse debeant iurisdictioni Domini Vicarij Cunei, & contribuere debeãt ipsi de Valle in focagijs, & oneribus Ducalibus, etiam ex ipsis dependen. & pro defensione libertatum communium duntaxat pro eorum rata ipsis contingendummodo vocentur, & si pro eorum portione mandare voluerint sit in ipsorum arbitrio aliàs non compellantur. In alijs verò restet in terminis iuris communis, & arbitrio Ducali.

Item, quòd per Cunienses plura petebantur ab ipsis hominibus Vallium tam pro recuperatione reductionis iurisdictionis ad locum Cunei, quàm etiam pro aduentu Illustris Domini Comitis Cameræ Locumtenentis Illustrissimi Domini

Domini Domini nostri, & etiam pro confirmatione franchisiarum, & expensarum factarum super reductione quorũdam Burgensiũ loci Cunei ad ipsum locum Cunei iuxta formam dictarum franchisiarum, & præmissis se opponerent ipsi de Vallibus plures causas, & rationabiles adducentes, quibus ad ipsas non teneãtur contribuere, maximè quia ipsi etiam plures, & diuisas expensas fecerunt in mandando ambasiatores ipsis ex causis, & dando de eorum bonis communibus vniuersis expensis per eos supportatis, Ideo sententiamus, dicimus, & declaramus ipsos de Valle debere, & soluere teneri pro eorum rata ad præfatas expensas aduentus Illustris Domini Gubernatoris, & omnium ambasiatorum mandatorum ex causis per eum attentatis, & compositionem factam, seu fiendam pro obseruatione conuentionũ, & reductione detentorum in loco Cunei, & iurisdictione Domini Vicarij Cunei, ac etiam reductionis focagiorum, quas taxamus ad tertiam partem: in alijs verò petitis, & quæ peti possent qualitercunque vsque in præsentem diem ex causis præmissis ipsos liberamus, quittamus, & absoluimus præfatis, & infrascriptis median.

Item dicimus, vt supra, quòd homines Vallium gaudeant libertatibus, franchisijs, conuentionibus dicti loci Cunei, & ipsi de Cuneo debeant ipsos defendere, & tueri, sicut eos de Cuneo sumptibus communibus, ac etiam vocari debeãt in omnibus compositionibus subsidiorum fiendis vt supra, aliàs non teneantur ad aliquam solutionem, & copiam franchisiarum, & conuentionum dare tabellionatam eisdem de Vallibus sumptibus dictarum communitatum Vallis.

Item condemnamus eos de Vallibus ad soluendum, seu relleuandum communitatem Cunei pro eorum portione subsidiorum concessorum, & iterum non solutorum pro quibus molestatur per Antonium Carleti, & Gimbertũ Burdum, etiam pro eorum parte expensarum factarum.

Item pro nostris laboribus, & sportulis condemnamus eos de Valle ad dandum in auxilium fabricæ Ecclesiæ Sanctę Mariæ de Bosco quinquaginta florenos infra festum Sancti Michaelis proximum, in manibus massariorum dictæ Ecclesiæ, sub pœna in ptãte nobis attributa contenta, & dupli. Et ipsos de Cuneo ad tantundem, & hoc dicimus præmissis semper saluis, non derogando Conuentionibus, & capitulis Cunei, ac alijs iuribus partium, sed remanentibus illis saluis.

Item declaramus contributionem tertiæ partis, de qua supra, esse, prout in sententia per nos dictum Vicarium die præsenti lata continetur.

Item, quòd ratificare habeant dictæ partes huiusmodi nostram sententiam infra quatuor dies proximos, sub pœna in potestate contenta. Data, lata & lecta fuit hæc nostra sententia Cunei, sub porticu domus eius dicti Rufini de Murris præsentibus spectabilibus Gabrielle de Giolea, Georgio de monte falcone, Domino Rochaci, Georgio de Diuno, Dominico de Iustignanis gabellatore Salis Niciæ, Ioanne Bertola Campana Clauario Piperani, Andrea Negla de Monteregali, Lazaro de Monteforte de Fossano, Girardo Dionysij Caualerio dicti loci Cunei, & pluribus alijs testibus ad præmissa astantibus vocatisq; specialiter, & rogatis.

HAYTOBA BIBLIOTEKA

Et me Ioanne Beſſone de Zenis Bellicen. diœceſis auctoritate imperiali Notario publico, ac curiarum Illuſtriſſimi Domini noſtri Domini Filiberti Sabaudiæ Ducis iurato eiuſque ſecretario, qui præmiſſis omnibus, & ſingulis dum ſic, vt præmittitur agerentur, & fierent cum prænominatis teſtibus præſens fui, & hoc publicum ſententiæ arbitramentalis, & declarationis inſtrumentum in hanc formam redactum ad opus ſindicorum hominum, & communitatis Cunei rogatus recepi, quod alijs occupatus negotijs per alium Notarium coadiutorem meum ſcribi, & in hanc publicam formam redigi feci, ideoque me ſubſcripſi manu propria, ſigno mei tabellionatus, ſigillo ſignaui in præmiſſorum teſtimonium.

Confirmatione di S. A. per li precedenti due contratti ſotto li 2. Gennaro. 1552.

Excellentiæ Veſtræ.

NArrat fideliſſima communitas Cunei verum eſſe, quòd habet nonnullas conuentiones, tranſactiones, & ſententias arbitramentales, ac alia iura cum communitatibus vallium Getij, & Vermenagnæ contractas, & maximè inſtrumentum vnum receptum per quondam Nobi. Bartolomæum Comi Notarium de Cuneo, ſub anno 1463. die 13. Decembris, necnon inſtrumentum tranſactionis, ſiue laudi receptum per Nob. Ioannem Bezon Notarium de Genua ſub anno 1481. die 16. Maij, quæ quidem iura, & inſtrumenta cum clauſulis, ac omnibus in eis deſcriptis ad maiorem eorum corroborationem, & validiratem,

Supplicat dicta communitas Cunei per Excellentiam Veſtram approbari, & amologari, ne ſuper eis diſſeptari contingat, vt ſperant, (cum clauſulis, & ſolennitatibus opportunis) obtinere ab Excellentia Veſtra, quam Deus, vna cum Illuſtriſſimo Domino filio conſeruare dignetur,

Tenor di lettere.

CArolus Dux Sabaudiæ, &c. Vniuerſis ſit manifeſtum, quòd nos viſis ſupplicatione ſubannexa, necnon inſtrumentis in ea deſignatis, ipſiſque per Senatum noſtrum viſitatis, cuius audita relatione ex noſtra certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, inſtrumenta ipſa in precibus deſignata, ac omnia, & ſingula in eiſdem contenta, & deſcripta, confirmamus, emologamus, & approbamus, ac roboris firmitatem obtinere volumus, illiſque authoritatem noſtram interponimus pariter, & decretum pro illorum maiori corroboratione,

mandan-

Mandantes hoc ideo Senatui noſtro, Gubernatoribus Cunei, cęteriſque vniuerſis, & ſingulis officiarijs, & ſubditis noſtris mediatis, & immediatis, quibus ſpectabit, & præſentes peruenerint, & cuilibet eorundem ſub pœna vigintiquinque marcharum argenti dicto Senatui inferiori, Quatenus huiuſmodi literas noſtras, omniaq;, & ſingula in dictis inſtrumentis contenta, & deſcripta, teneant, attendant, & inuiolabiliter obſeruent, ac obſeruari faciant, in nulloque contrauenìat quomodolibet, vel opponant, quoniam ſic ex eadem ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine fieri volumus, quibuſcunque in contrarium facientibus, non obſtantibus. Dat. Vercellis die 2. Ianuarij, Milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſecundo. Per dominum, præſentibus Dominis Nicolao de Balbis, D. Vernoni, & Quarti ex Marchionibus Cæuæ Præſide Senatus, Caſſano de Puteo, Ioan. Franciſco Cacherano, Octauiano Cacherano, Mario Antonio Boba, Senatoribus, Aemiliano Sandiliano Aduocato fiſcali.

Veilliet.

Tenor appunctuamenti.

Eſſendo nate differentie tra la communità di Cunio, & Ville dal ſuo mandamento, Valle di Gecio, & Vermenagna circa la contributione de carichi, nelli quali deueno concorrer con il corpo di Cunio, & quelle proposte auanti l'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo ſuo Conſeglio, ſono ſtatte quelle dal Conſeglio diffinite, & terminate come ſegue, & ciò ſotto 24. Gennaro. 1534.

COnſilium Illuſtriſſimi Principis, & Domini noſtri Domini Caroli Sabaudiæ Ducis, ſecum ordinarie reſidens; Vniuerſis facimus manifeſtum, quòd die ſubſcripta comparuerunt coram nobis hora ſupplicationum Baptiſta Bricius procurator, & ſindicus communitatis, & hominum Cunei, quo in retroactis ſecum comparentibus duobus nũtijs ſolitis proteſtantibus ſe ſtetiſſe ab alia eorum comparitione citra hac ſolum de cauſa ſuis inhærendo cedulatis, & requiſitis petijt reſpectiuè appunctuari, & ordinari ex vna parte, & Raijnerius de Centorijs procurator, & ſindicus ac procuratorio, & ſindicatorio nominibus communitatum, & hominum Vallium Gecij, & Vermenagnæ ſupplicantium requiſiuit per nos ſummarie prouideri, & appunctuari iuxta eius ſupplicata propoſita, & requiſita quibus inhęret, ſecum comparentibus quatuor nuntijs ſolitis proteſtantibus ſeſe ſtetiſſe ab alia eorum comparitione ipſa ſolum pro cauſa ex altera. Quibus auditis nos memoratum conſilium

viſis

HAYDON LIBRARY

visis iuribus, & allegationibus per partes prædictas nobis exhibitis eis, & earum aduocatis auditis assignationem ad audiendum summariam prouisionem, seu summarium appunctuamentum per nos factum literarum Ducalium in actis exhibitarum formam insequentes, Declaramus, & pronuntiamus, appunctuantesque, seu summariè prouidentes prout infra; Et primo, quòd attenta forma arbitramentali, seu laudi emologati, de quo in instrumento corã nobis exhibito & quòd ab ipsis partibus iuxta illius tenorem censemus fore obseruandũ, homines vallium Cunei non teneantur nec compelli possint ad solutionem alicuius Gabellæ in loco Cunei, pro vino forensi, quod vehi seu Duci continget pro eorum vsu durante promissione intrahdi vinum In locum seu Territorium, ac districtum Cunei, & ipsos homines vallium prætextu huiuscemodi Gabellæ non esse arctandos nec compellendos aliquam solutionem Gabellæ præter, & vltra formam laudi prædicti.

Secundò pronunciamus, & declaramus, quod in impositionibus munerum seu pro æquationibus, & taxationibus fiendis pro oneribus Ducalibus, vel ab ipsis dependentibus, & pro defensione libertatum communium earundem partiũ in quibus vigore laudi prædicti contribuere tenentur ipsi de vallibus, debeant ipsi de vallibus antè omnia legitime vocari: Ita vt ipsi impositionibus suis pro æquationibus aut taxationibus fiendis ratione præmissorum interuenire possint pro eorum interesse, & indemnitate si voluerint agentes pro Communitatibus seu municipibus dictarum vallium, & nisi prius ita vocati fuerint, non cõpellantur nec compelli possint homines dictarum vallium ad aliqualem contributionem in huiuscemodi oneribus.

Tertiò, declaramus & pronuntiamus inter onera Ducalia connumerãda esse dona seu munera, quæ fient in felici Aduentu Illustrissimorum Dominorum Ducis, seu Ducisse Sabaudiæ ac partu ipsius Ducisse, & in alijs casibus solitis, in quibus aliqua dona communiter per alias respublicas ciuitatum, & oppidorum Insignium huius patriæ consueuerunt Principibus errogari: cum huiuscemodi dona lege quadam honestatis seu iure reuerentiali debita esse ipsis principibus censeantur. Alia autem dona insolita; & quæ ex mero arbitrio Communitatis Cunei fieri continget inter onera Ducalia non comprehendi, & consequenter homines dictarum vallium, in eis contribuere minimè teneri vel arctari posse.

Quartò Declaramus prædictas Communitates, & homines vallium etiam non teneri ad contribuendũ in expensis factis seu fiendis in loco Cunei, in transitu Illustrissimi D. nostri Ducis seu Illustrissimæ Ducissæ, seu dum ipsos Illustrissimos Duces ibidem, aliquando residere contingit, cum tales expensæ oneri ipsorum Illustrissimorum Dominorum de iure spectent.

Quintò declaramus easdem Communitates vallium in expẽsis legatorũ seu nunciorum pro causis communem vtilitatem ipsarum partium concernentibus transmittendis contribuere teneri pro eorum rata, dummodò fuerint ipsi de vallibus ad talem effectum prius vocati prout iuris est. nec excusari posse si velint Dictæ Communitates proprios legatos seu nuncios transmittere, cum talium legatorum seu nunciorum electio, & transmissio Communitati

Cunei,

Cunei, tanquam capiti totius districtus contingat.

Sextò declaramus, & pronunciamus quòd ratione pollaglierorum, & ferreriorum Ducalium non teneantur, nec arctari possint ipsi de vallibus nisi pro ratis ipsorum. Ita quòd indebitè non prægrauentur, litteras opportunas ad effectũ & obseruantiam præmissorum respectiuè concedentes expensas ob mutuam victoriam compensantes. Quam quidem summariam prouisionẽ siue summariũ appunctuamentum, prætatæ partes dictis nominib. in parte, & passibus pro ipsis tantúm respectiuè facientib. acceptarunt, in alijs autem contra se se facientibus eidem minimè consenserunt. Quod quidem appunctuamentum siue summaria prouisio lectum datũ, & promulgatum fuit vt est, Taurini die vigesima quarta mensis Ianuarij 1534. Per consilium præsentibus domino Hieronimo Aggeia Cancellario Sabaudiæ, Nicolao Balbi patrimoniali Præside

Carolo Barratati Pistoni.

Tenor di sentenza arbitramentale per la dechiaratione, & diffinitione d'alcune differenze tra la Communità di Cunio, & vile dil suo mandamento, 6. Febraro 1557.

Antonii Auricii condam Vgonis, Anthonij Caſmalis Dominici Laurentij, & Bartholomæi de Goſmalio, Georgii Choze, Thomæ Giraudi, Iohanini, & Bernardi de Auricho Martini Brunæ, Iuuenalis Choni, Petri Catre, Iuuenalis Fornerii, Franciſci Bramardi, Ramondini Auricii condam Ludouici, Ludouici Rigaudi, faci Zardole, Mondini Iordanæ, ac Gabrielis Iordanæ, colini Iordanę Federicis Iordanę, & Iafredus Nazarie de Vignolio electi aſſumpti, & deputati per nobilem Georgium rubbati Gaſparinum de Caſtiliono Burgenſes Cunei, tam nominibus eorum propriis quàm nomine,& vice hęredum ſpect. condam Domini Baldeſaris de Rottariis hæredum condam ſpect. Domini Ludouici de Bolleriis nobilis Frãciſci de Alaſia Bernardini Rabbi Iohãnis Andreę Rubbati Mercurini Rabacini Gabrielis de Bernezio Iohannis Britii Iuuenalis Leueroni Hugonis Donadei hæredum Iohannis Rubei, Iafredi Conigli, Petri Bernardi, Michaelis Clerici, Petri Paulini, conſtante compromiſſo per me notarium infraſcriptum fieri rogato ſub die vigeſima tertia menſis Maii proximè fluxi arbitri arbitratores, & amicabiles compoſitores ad qđ compromiſſum nos referimus: viſo dicto compromiſſo in nos facto ac poteſtate in eo nobis attributa viſaque aſſignatione dictis,& infraſcriptis partibus facta viſo inſtrumento tranſactionis inter communitatem, & homines Vignoli ac particulares prædictos de eodem loco ex vna, ac participantes in bealeria nuncupata de Rottariis præmentionatos partibus ex altera in publicam formã traditæ per egregium Ludouicum de Rabacinis notarium publicum de Cuneo ſub anno Domini milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo ſecundo, & die vigeſima menſis Ianuarii viſis proceſſibus inter dictas partes prætextu contẽtorum in dicto inſtrumento tranſactionis ac iuris aque ductus dictæ bealerie & manutentionis eiuſdem ac ſub inobſeruantia ipſius inſtrumenti inter dictas partes ventillati, litteris Ducalibus ſuper præmiſſis emanatis hinc inde inter dictas partes ſingula ſingulis referendo viſis viſirationib. ſuper dicta bealeria factis ac eadem bealeria, prętia alueo,& diſcurſu ſeu alueo dictæ bealerie, auditiſque dictis partibus ſepiſper & intellectis omnibus his, quæ partes ipſe tam in iure, quàm in facto dicere allegare,& proponere coram nobis voluerunt tã verbo quàm in ſcriptis via amicabilis compoſitionis potius quam iuris rigorem inſequi volentes,& inſequentes dicimus pronuntiamus arbitramur,& arbitramentamur laudamus componimus concordamus declaramus condemnamus abſoluimuſque, & fieri iubemus,& mandamus ſub pœna in dicto compromiſſo contenta committenda,& applicãda prout in ipſo compromiſſo ſingula ſingulis referendo in omnibus,& per omnia prout infra continetur proteſtatione præmiſſa, quod per aliqua quæ in præſenti inſtrumento dicantur cõfirmentur innouentur declarentur iudicẽtur arbitrentur, & arbitramententur laudentur componentur,& concordentur ac quomodocunque ſcribantur, & fiant non intendunt dictæ partes nec aliqua ipſarum ſibi nec alicui ipſarum præiudicium aliquod inferri vel generari quouiſmodo, quoad obligationes ꝓmiſſiones renuntiationes conuentiones, & pactiones factas inter ipſas partes, & vtranque ipſarum cum communitate loci Vignoli nec ab illis diſcedere quoad ipſam communitatem in vniuerſo,& particulares perſonas eiuſdem in

præsenti sententia seu laudo non inclusis, & primo quòd ipsi de Vignolio iam associati pro rata infrascripta cum ipsis participantibus in bealeria prima cerealdi discurrente per fines Cunei, vocata bealeria rotaria ac participantes & eorum hæredes,& successores vniuersales teneantur, & debeant eorundem de Vignolio associatorũ videlicet suprascriptorum ac aliorum si qui sunt, qui voluerint in præsenti sententia includi proprijs sumptibus,& expensis facere, & manutenere præsiam ipsius bealerie super flumine sturie vbi nunc est vel vbi temporibus futuris melius videbitur massario, & consiliarijs dictæ primæ bealerie nuncupatæ de rotariis,qui pro tempore fuerint esse ad sufficientiam aquæ in eadem bealeria conducendæ ac ipsam bealeriam in latitudine in qua præsentialiter est manutenere perpetuo,& præseruare de qua latitudine aluei dictæ bealerie,& aquæ in eadem discurrente quæ latitudo erat quindecim pedum ad mensuram communis Cunei, ante associationem inter dictas partes factam,& seu declaramus laudamus,& arbitramentamur quòd dicti participãtes de Cuneo habeant,& habere debeant in integrum pedes quindecim prædictos.

Item pedes duos vltra quindecim pedes prædictos,quos quidem pedes quindecim pro iure antiquæ latitudinis ac alios duos pedes pro iure augumentationis declaramus, & pronuntiamus dictis participantibus de Cuneo pleno iure pertinere illosque eisdem participãtibus eodem iure insolidum adiudicamus, & attribuimus ita etiam quòd teneantur ipsi participantes de vignolio, & eorum hæredes, & successores quoscunque ad obseruan. prædictorum perpetuo ac etiam schurare nittidare, & cauare seu fodere sufficienter à dicta præsia inclusiue vsque ad partem venasche siue existentem super dicta bealeria in via qua itur ad cerualcham Cuneum, & semper infra diem vigesimam Februarii cuiuslibet anni,& alio tempore totiens quotiens necessitatem schurationis siue nitidationis eminentis teneantur schurasse infra quatuor dies tunc proximè sequentes ita quòd post mensem Martii vsque ad mensem Septembris inclusiue non possint nec debeant ipsi participantes de vignolio aquam dictę bealerie tollere vel afferre sine licentia massarij, & consiliariorum participantium de Cuneo nec illam ponere cum leuata esset sine expressa licentia, vt supra illamque leuare, & ponere ad beneplacitum massarii ac consiliariorum prout eisdem videbitur.

Item dicimus pronuntiamus laudamus arbitramur,& arbitramentamur, vt supra quod dicta bealeria non possit nec valeat sine expresso consensu dictorum participantium de Cuneo vltra dillatari nec allargari nec etiam diminui per ipsos de vignolio.

Item dicimus pronuntiamus arbitramur, & declaramus quòd ipsi de vignolio teneantur,& debeant in dicto alueo bealerie prementionatę posuisse,& ponere aquam sufficientem,& necessariam qualibet die prima mensis Martii cuiuslibet anni aquam positam manutenere ad mẽsuram prædictam tam antiquæ latitudinis quàm augumentationis ita quod ipsa aqua sit in altitudine in ipso alueo, & in loco burchæ infra fieri ordinatę ad altitudinem signaculorum, vt infra,& latitudinis infrascriptæ.

Item

Item dicimus pronuntiamus arbitramur arbitramentamur, & laudamus q; ipsi de vignolio teneantur,& debeant facere fabricare duas archas de ripa ad ripam altitudinis magni rocharii existentis versus sturiam quod ad primam quo vero ad secundam altitudinis sufficientis bene sternitas,& sollatas cũ suis rastellis ante bene,& sufficienter conseruare perpetuo ipsorum particularium de vignolio sumptibus,& expensis ad arbitrium,& deuisum massarii, & consiliariorum prædictorum de Cuneo infra,& per totum mensem Ianuarii proximè venturum.

Item dicimus pronuntiamus arbitramur,& laudamus, quòd ipsi de vignolio teneantur,& debeant facere, & fabricare bene & sufficienter ac de bono, & sufficienti,& nouo lignamine ghichietos,& versorios,& bene iustos in omnibus,& singulis locis vbi necesse, & vtile ante burcham communẽ ipsorum de Cuneo,& de vignolio ad diuisum,& arbitrium dictorum massarii,& consiliariorum ipsorum de Cuneo,tamen ipsorum de vignolio propriis expensis, & sumptibus ac periculis,ac etiam teneãtur ipsi de vignolio vt supra aptare,& moderare ghichietum illorum de auriciis,& participantium ita quòd ipsi de auriciis,& participantes in ipso ghichieto non habeãt nisi vnum medium pedem ad mensuram communis nisi constare posset legitimè quod plus deberent habere aut minus ita vt reperietur quod habere debeant, & non vltra nec plus infra & per totum mensem Ianuarii proximè venturum.

Item dicimus pronuntiamus laudamus arbitramur,& præcipimus quòd ipsi de vignolio teneãtur fodrare loxiis muros rasonelli vltra altitudinem altitudinis aquæ dictæ bealerie deuersus sturiam,& alueum ipsius bealerie vbi sunt dicti muri solare seu sternire seu sternere vbi fuerit opportunum, & vbi videbitur ipsis massario,& consiliariis ne defectu dictæ fodraturæ, & solaturæ pericli tentur muri, & fundus seu alueus dictæ bealerie in totum siue in parte acẽt manutenere,& facere claperios necessarios siue necessarias sub & in ripa inferiori dictæ bealerie vbi fuerit ordinatum per dictos massarium, & consiliares de Cuneo ita etiam quòd teneantur manutenere vbicunque ripas versus sturiam,& claperios dictæ bealerie ad latitudinem sex peduni vt supra, & præcipuè ī canalonis,& supradictos muros raxonelli ponere lapides latos cũ calce, æqualiter,vt possit super ipso muro tute pedester accedi ita quòd ipsi lapides excedant latitudinem ipsius muri de vno medio pede sumptibus,& expensis ipsorum de vignolio,& deinde temporibus perpetuis benè, & sufficienter conseruare,& manutenere.

Item dicimus pronuntiamus arbitramur laudamus,& præcipimus,vt supra quòd dicti de vignolio teneãtur,& debeant eorum proprijs sumptibus, & expensis facere,& manutenere quoscunque pontes necessarios super ipsa bealeria a principio ipsius bealerię vsq; ad pontem prædictum super via qua itur ad Cerualcham Cuneum inclusiue, & tam altos ab aqua quòd per eam aqua labi & scurrere valeat absq; aliquali impedimento ponti, & quòd illos faciãt Calce,& lapidibus in bona forma, & quòd non permittant aliqua per ipsam bealeriam lignamina nec ligna conduci infra mensem Ianuarij proximè venturum, & hoc perpetuis temporibus.

Item

Item dicimus pronuntiamus,& laudamus vt ſupra, quòd teneantur ipſi de vignolio eorum ſumptibus,& expenſis pro præſenti tempore & futuro dirruere, & proſternere ripas ſuperiores muros ſiue trippios exiſtẽtes,& periculum dantes ſiue minantes ipſi bealerie ad rupturam,vt ſæpè contingit, & proijcere extra quicquid fuerit neceſſe ne bealeria ipſa frangatur, & prout ordinabunt maſſarij,& conſiliares participantium de Cuneo,qui præſentialiter ſunt & pro tempore fuerint.

Item dicimus arbitramur,& arbitramentamur ac laudamus quod teneantur ipſi participantes de vignolio eorum proprijs ſumptibus,& expenſis bene & ſufficienter,& de bono lignamine facere fabricare,& perpetuo manutenẽre ſuper ipſa bealeria Burcham vnam bonam iuſtam,& bene obturatam ac ſufficientem quæ ſit ſternita tam ante burcham quã poſt decem trabuchos ex bonis lapidibus cum ſuis ghichietis neceſſarijs bonis iuſtis, & bene obturatis in qua burcha fiat ſignaculum bonum ſufficiens,& apparens deſignans aquam tã antiquę latitudinis quàm augumentationis, vt ſupra factæ ac etiam in alijs locis vbi ordinabitur per dictos maſſarium,& conſiliares de Cuneo, ita quod dictis participantibus de Cuneo, nunquam deficiat aqua vſque ad latitudinem dictorum quindecim pedum antiquæ latitudinis ac aliorum pedum duorum pro augumentatione, & altitudine dictorum ſignaculorum ita quòd ſi deficeret aqua in dicta latitudine,& altitudine poſſint,& valeant ac habeant & habere debeant dicti participantes de Cuneo totã aquam per alueum dictæ bealerie diſcurrentem, & labentem vſque ad dictas latitudinem antiquam, & auctam ſeu augumentatam,& ad dictam altitudinem ſignaculorum,& ita teneãtur ipſi participantes de vignolio totam aquam prædictam dictis participantibus de Cuneo,dare tradere, & expedire labi facere, & manutenere nec eo caſu poſſint,& valeant nec debeant ipſi de vignolio de ipſa aqua quicquam capere niſi ipſi participantes de Cuneo habeant dictos pedes tam antiquos q̃ augumentum ſecundum altitudinem dictorum ſignaculorum in integrum ſub pœna decem ducatorum pro quolibet,& qualibet vice qua fuerit contrafactũ ratis manentib. ſupra,& infraſcriptis:ſi vero in ipſo alueo laberetur ſeu diſcurreret tanta aqua quæ caperet dictas latitudinem antiquam, & auctam ac altitudinem ſignaculorum,& vltra tunc ipſi de uignolio habeant, & habere debeant,& capere poſſint in ipſa burcha communi pedes duodecim aquæ dictæ bealerię nec eo caſu ſine licentia ipſis participantibus de Cuneo claudere ghichietos ipſorum participantium de vignolio, nec claudi facere quicquam in burcha participantium de Cuneo ſub dicta pœna ita quòd ſuper dicta burcha ipſorum de vignolio fiant ghichietti pro claudendo quando ipſis de Cuneo videbitur modis ſupraſcriptis ſuper burcha illorum de Cuneo nõ fiant aliqua, ita quòd non ſit eis licitum ponere aquam quę habeat excedere menſuram ſignaculorum ſine licentia ipſorum de Cuneo ſub pœna in compromiſſo contenta ac damnorum expenſarum,& intereſſe,& quòd burcha debeat fieri vbi ſit competens diſcurſus aquæ,& vbi ordinabitur per maſſarium, & conſiliares bealeriæ nuncupatæ de rotarijs,& participantium,& quòd non poſſint conſtituere maſſarium de vignolio nec conſiliares ſiue rationatores ſiue habentes poteſtatem

poteſtatem ſuper aqua ſeu alueo nec aliquibus contentis in præſenti inſtrumẽto à præſia ipſius rotius bealerie vſque ad burcham communem inter participantes de Cuneo,& ipſos de vignolio.

Item dicimus pronuntiamus arbitramur, & arbitramentamur ac dicimus, & declaramus,vt ſupra quòd venditiones ſeu alienationes factæ, & atemptate per ipſos de vignolio,& alios quoſcunque non valuiſſe nec valere in totum nec in partem videlicet non participantibus in dicta bealeria factis ſed integraliter,de non participantibus.

Item dicimus pronuntiamus quòd ipſi de vignolio non poſſint nec valeant ammodo vendere nec alienare nec etiam aſſociare quouiſmodo aliquid de ip ſa aqua nec aliquem in eadem nec ad aliquem actum venditionis ſeu alienationis in aliquam aliam perſonam quàm in participantes in dicta bealeria tam de Cuneo quàm de vignolio in prima aſſociatione de qua conſtat inſtrumentum per egregium prænominatum Ludouicũ Rabacini notarium de Cuneo, ſub pœna in compromiſſo contenta,& in caſu factæ venditionis, & atemptate alienationis quouiſmodo ipſa aqua vendenda ſeu alienari attemptanda applicetur dictis participantibus de Cuneo, niſi fuerit ipſis participantib. omnibus vel maſſario vel conſiliarijs prædictis cum maiori parte participãtium oblata,& ab eis refutata:quo caſu poſt dictam oblationem lapſum vnius menſis poſt eandem oblationem poſſint ipſi de vignolio vendere de eorum parte q̃bus voluerint ſub pactis tamen conuentionibus, & conditionibus de quibus in præſenti inſtrumento ita tamen quòd ipſa aqua vendita ſeu alienata perſonis non participantibus in dicta bealeria nuncupata bealeria de rotarijs,& participantium,& quæ præſentialiter eſt,& in futurum erit ipſorum de vignolio remaneat ſpecialiter,obligata pro obſeruantia omnium, & ſingulorum in præſenti noſtra ſententia contentorum ita q̃ aquæ tam emptæ quàm emendæ per participãtes bealerie nuncupatæ de rotarijs,& participantium ſint,& gaudeãt præheminen. immunitatibus priuilegijs, & honoribus alueo,& bealeria quibus gaudet aqua bealerię pedum quindecim cum augumento duorum pedum adiudicato ipſi bealerie virtute præſentis noſtræ ſententiæ arbitramentalis.

Item dicimus pronuntiamus arbitramur, & laudamus vt ſupra quòd ipſi de vignolio teneantur cauare, & manutenere alueum dictę bealerie cauatum verſus ripas magnas verſus vignolium ita quòd filonus aquæ fluat verſus ripas magnas,& ſi non eſſet ſufficienter cauatum teneantur ipſi de vignolio illam cauare,& præmiſſa facere eorum ſumptibus,& expenſis ſaluo iure ipſis maſſario, & conſiliarijs de Cuneo aliter cauare faciendi de vna ripa ad aliam pro drizando ipſam bealeriam vel alia vtilia faciendi ita quod ripa magna verſus vignolium vbiq; reſtet exbiaſata per tertium, & quam teneantur ipſi de vignolio eorum proprijs ſumptibus periculis, & expenſis exbiaſſare ſeu exbiaſſari facere.

Item dicimus pronuntiamus laudamus,vt ſupra quòd ipſi de vignolio perpetuo teneantur manutenere ſuper dicta bealeria bonam fidam, & ſufficientẽ cuſtodiam eorum ſumptibus periculis, & expenſis à principio dictæ bealerie, vſque ad dictum pontem ſuper via qua itur à Ceruaſca Cuneum ſuper dictam bealeriam

anni milleſimi quingenteſimi quarti, cum ex ipſis iuribus liquido non conſtet pro quotta parte prædictæ vniuerſitates vallium Gecij, & Vermenagnæ teneantur contribuere, nec pariter appareat qualiter ſolitæ fuerant in prædictis oneribus, conferre cum diuerſimodè ſolutum proponatur: ideo formam iuris, & reſcripti prædictæ celſitudinis ſequentes cenſemus, & declaramus alio non facto nec apparente prædictas vniuerſitates vallium Gecij, & Vermenagnæ teneri contribuere in oneribus prædictis ad ęs, & libram: verum cum prædictorum onerum præteritorum æriq́ue, & libræ breui tempore liquidatio fieri non poſſit intereaq́ue æquum, & honeſtum ſit ac maximè interſit Sereniſſimi Ducis, & Domini noſtri prædicti oppidum Cunei, in eius ditione teneri in tuto, & ipſas valles eſſe tutas conſequens eſt, idcirco ſummariè prouidentes attenta præſertim temporum qualitate, & donec prædictorum onerum æriſq́ue, liquidatio perfecta fuerit, ordinamus prædictas vniuerſitates teneri contribuere in præmiſſis oneribus cum vniuerſitate Cunei pro tertia parte, aut ſingulis menſibus in futurum ſoluere ſummam per Illuſt. Dominos Io. Thomam Languſtum, ex Comitibus Stropianæ, & Georgium Coſtam Comitem Trinitatis, & Andream Prouanam, ex Dominis Laynici prædictos Ducales Conſiliarios alias declaratam, quam dicimus de ea prius certiores redditi eſſe ſcutorum quatuorcentum facta tamen diminutione cum contingat ſtipendia militum huius Præſidij à Camera Cęſarea perſolui pro rata eiſdem vniuerſitatibus ſpectante, ita tamen, quòd prædictę vniuerſitates infra octauum diem proximum eligere debeant, aut pro tertia contribuere, aut quantitatem ſupradictã ſoluere q́ ſi non fecerit ex nunc electio prædicta ſit, & pertineat vniuerſitati Cunei opportunas literas quoad liquidationem prædictorum onerum ac æris, & librę reſpectiuè concedentes. Ordinantes vlterius per ambas partes præſtandam eſſe cautionem, quod caſu quo comperiatur plus per eas ſolutum ratione præſentis ordinationis quam eorum ęs, & libra poſtularet de reſtituendo per Communitatem Cunei, quicquid plus debito ſolutum erit, & econuerſo ſi minus ſolutum ſit, quod ipſe Communitates Valliũ ſatisfaciẽt Communitati Cunei, id quòd plus ſoluendum erat habita ratione dicti ęris, & regiſtri contrariantibus quibuſcunque non obſtantibus, datum Cunei in Camera cubiculari Domus communis loci Cunei, die ſexta menſis Februarij milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Carolus de Lucerna, Octauianus Cacheranus, Antoninus Theſaurus, Andreas de Leyni. Theſaurus.

Tenor di Teſtimoniali.

ANno retroſcripto, & die nona menſis Februarij vniuerſis ſit manifeſtum, q́ hodie per me notarium ſubſcriptum fuit inthimata declaratoria retroſcripta Dalmacio Iordani, & Andreæ Feciæ, Ambobus de Burgo Sancti Dalmatij, agentibus vniuerſitatum villarum vallium Gecij, & Vermenagnæ eiſdem vniuerſitatibus in ipſorum perſonam prædictam ſententiam inthimando, datum vt ſupra in loco Cunei. Theſaurus.

Tenor

Tenor di ſentenza datta per l'Eccelentiſſimo Senato, in vna cauſa della Communità de Cunio, contra le ville dil ſuo mandamento.

SSENDOSI fatta dell'anno 1575. d'ordine del Sereniſſimo Emanuel Filiberto, Signore & Duca noſtro la fidelità al Sereniſſimo Carlo Emanuel ſuo figliuolo, la Communità fece dono al detto Sereniſſimo Prencipe di ſcuti cinquecento, Et per auanti interpellata la Communità di Cuneo dal Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo gran Cancelliere Oſaſco, come herede del fù Illuſtriſs. Signor Gioan Franceſco ſuo fratello, à pagarle vna ſomma di dinari per il ſtipendio di gouernatore, che era ſtato nella Città di Cuneo, dopò hauer la Communità accordata detta cauſa, interpellaua le ville di Gecio, & Vermenagna ſuo mandamento à pagar ſua terza parte, ſi del donatiuo fatto al Sereniſs. Prencipe, che dil detto ſtipendio di gouernatore. Alche eſſendoſi oppoſte dette ville, allegando non eſſer tenute concorrer in detti carighi, dopò hauer longamente litigato è ſtato per l'Eccellentiſſimo Senato in detta cauſa, come ſegue giudicato.

CARLO EMANVEL per gratia di Dio Duca di Sauoya Prencipe di Piemonte, &c. A tutti ſia manifeſto che nella cauſa vertente inanti al Senato noſtro, tra la Communità di Cuneo ſupplicante, & le Communità di Geſſo, & Vermenagna ſupplicate, veduti gl'atti, & à relatione di eſſo Senato inteſi li meriti della lite, con quãto è ſtato in eſſa detto dedutto, produtto, & allegato tanto in fatto come in raggione, il cui voto ſeguendo, pronunciamo bene dal giudice da cui giudicato, & mal appellato, ſaluo in quanto ha aſciolto le terre delle valli, mandamento di Cunio della partita domandata, pagata al fù gran Cancelliere Oſaſco, come herede del fù ſuo fratello Preſidente d'Aſti, in qual parte reformando ſoa ſentenza, condeniamo eſſe terre nella terza parte della ſumma per la Communità di Cuneo, pagata al ſudetto gran Cancelliere, & intereſſe per eſſa Communità patito, come dal relatore ſarà liquidato compenſate per giuſte cauſe le ſpeſe. Qual ſentẽza come ſop. data Fermino Galleani procurator della Communità de Cuneo, & Filippo Arbaudi procurator delle ville, hanno acettata, & acettano nelle parti vtili, & fauoreuoli ſolamẽte & nel reſto non gl'hãno conſentito, ma proteſtano voler ſupplicar, & raccorrer da noi per la reuiſione, come ſin ad eſſo con bona ſuportatione ſupplicano, & racorreno. Et cio ſaluo detto Galleani interpella la parte à douer obedire à eſſa ſentenza ſenza ſigillo altrimenti, proteſta de farla ſigillar con tutto il proceſſo, alle ſpeſe della ſudetta parte, & teſtimoniali, letta data, & publicata in Torino, nel Senato noſtro li quindeci di Nouembre M. D. LXXXI.
Per S. A. à relatione del Senato. Buffeti.

bealeriam exiſtentem pro præſeruatione dictę bealerie,& ne aqua ab ipſa bealeria deuietur,& quatenus videatur ſufficiens maſſario, & conſiliarijs Cunei, participantibus in dicta bealeria teneantur, & debeant ipſi de vignolio ad requiſitionem maſſarij,& conſiliariorum dictæ bealerie deputare alium cuſtodē fidum, & ſufficiat interpellatio verbo fienda abſque actu iudiciali, & de qua requiſitione ſtetur iuramento maſſarij,& conſiliariorum qui pro tpe fuerint.

Item dicimus pronuntiamus,& arbitramentamur, vt ſupra quod ipſi de vignolio poſſint,& valeant facere,& fabricare ac habere, & tenere ædificia ſuper dicta prima bealeria à ponte inferiori vignoli vſque ad alueum ceruaſchæ ſiue ad pontem inferiorem dicti loci ceruaſchæ intitulatum ponte de longhetis citra præiuditium dictæ bealerie,& non in alijs locis, & ſi molendinum per ipſos de vignolio conſtructum non obeſſet dictæ bealerie ſeu lapſui ad diſcurſum aquæ eiuſdem quo caſu poſſint ipſum molendinum,vbi eſt cōſtructum retinere,ſi vero impediat diſcurſum aut lapsū aquæ dictæ bealerie aut alio quouis modo teneantur ipſi de vignolio ipſum molendinum fabricare leuare, & mutare infra dictos limites vbi videbitur maſſario, & conſiliarijs bealerie de rotarijs.

de rompitura

Item dicimus pronuntiamus arbitramur,& arbitramētamur quòd ipſi participantes de vignolio teneātur,& debeant eorum proprijs ſumptibus, & expenſis aptare, & reparare quaſcunque rapturas ſeu fracturas in dicta bealeria futuris temporibus prouenturas dummodo ipſa ruptura non excedat florenos quinquaginta,& ſi excederet teneātur ipſi de vignolio ad ipſos florenos quinquaginta,& ad alios pro eorum rata ſaluo, ſemper & reſeruato quòd ſi diuerent eorum aut alterius ipſorum culpa teneantur ad omnes expenſas cum dāmis expenſis,& intereſſe ſupportandis per dictos participantes de Cuneo in dicta bealeria alias quaſcunque expenſas neceſſarias in ipſa bealeria infra tempus ordinan. per dictum maſſarium, ita quòd ipſam rupturam ſeu fracturam ipſi participātes de vignolio teneātur notificare dicto maſſario infra medium diem poſt euētum dictæ rupture ſeu fracturæ ſub pœna ducatorum decem ac damnorum expenſarum,& intereſſe ipſorum participantium, & præmiſſis nō obſtantibus illam aptare,& laborare tam ante noticiam quàm poſt.

Item dicimus,& arbitramur,vt ſupra quòd ſi propter ductum ipſius aquæ ip ipſos participantes de vignolio tempore hiemali pro eorum ædificijs aut alio quo quouiſmodo tempore niuium ſiue glaciarum quibus ſeu propter quem ductum aquæ romperetur dicta bealeria tam in parte ipſorum participan. de vignolio quàm in parte participantium de Cuneo vſque ad finem dictæ bealerię,& cuiuſlibet partis eiuſdem teneatur ipſi participan. de vignolio omne dānum contingens propter ipſum aqueductum eorum proprijs ſumptibus pericu lis, & expen. quantacunque fuerit quantitas ei,& eis qui ipſa damna paſſi fuerint reficere,& reſarcire.

Item dicimus pronuntiamus,& arbitramentamur, vt ſupra quòd dicti participantes de Cuneo habeant,& habere debeant ac eis competat omnis potestas ſemper & quandocunque videlicet conſiliares ſiue reſtores ipſorum participantium,& bealerie prædictæ præſentialiter exiſtētes, & maior pars ipſorum

rum conſiliariorum ſemper & quandocunque eis videbitur, & pro libito voluntatis ipſorum poſſe ſuper ipſa bealeria,& alueo eiuſdem ac etiam aqueductum ac iure aquæ ducendæ ac eiuſdem alienationem ac ſuper ripis archis pontibus burcha,& ghichietis expenſisque omnibus quouiſmodo fiendis dependentibus emergentibus,& connexis ex eis,& tam ſuper omnibus,& ſingulis contentis,& expreſſatis in & ſuper præcedentibus, & infraſcriptis capitulis quàm non expreſſis capitulare ordinare detrahere mutare addere vel minuere bealeriam ſiue aquam ſeu alueum allargare accreſcere,& augumentare & de augumentando,& accreſcendo ordinare, & alia omnia vtilia prout eis videbitur facere abſque conſenſu ſciencia vel voluntate ipſorum de vignolio,& participantium videlicet conſiliares ipſorum participantium, qui pro tempore fuerint ipſorum de Cuneo habeant, & habere debeant ipſam ſupraſcriptā poteſtatem dummodo participantes,& conſiliares qui pro tempore fuerint faciant tacitè nec expreſſe quicquam contra formam ſupra, & infraſcriptorum capitulorum vel ordinandorum aut aliorum fiendorum, & reformandorum p ipſos conſiliares præſentialiter exiſtentes ſeu maiorem partem ipſorum conſiliariorum.

Item quòd præmiſſis omnibus, & ſingulis ſemper ſaluis,& reſeruatis teneātur ipſi de vignolio in reliquis in præſenti inſtrumento non expreſſis obſeruare,& adimplere omnia,& ſingula in dicto inſtrumento aſſociationis, & pactorum contentis in dicto inſtrumento per egregium Ludouicum Rabacini ſumpto.

Item dicimus pronuntiamus laudamus,& declaramus vt ſupra quòd ipſi de vignolio in communi nec in particulari non poſſint participare in aliqua bealeria forte in futurum fienda ſuper ſupraſcripta bealeria, & ſi ſecus fiat cedant illi qui participauerint, & ille qui participabit ab omni iure ſibi competente ſuper dicta bealeria,& aque ductu ipſius bealerie.

Item dicimus pronuntiamus arbitramur laudamus,ac declaramus, quòd ipſi de vignolio teneantur eorum proprijs ſumptibus, & expenſis, & periculis ſemper facere,& manutenere omnia,quæ eget dicta bealeria pro ipſa manutenenda,vt decet fieri tali bealerie per bonos participantes, & quòd non poſſit fieri aliquod præiudicium ipſi bealerie per aliquem maſſarium niſi de conſenſu conſiliariorum ipſius bealerie de Cuneo, & participantium præmiſſis ſemper ſaluis.

Item condemnamus dictas partes, & vtranque ipſorum ad nobis arbitris arbitratoribus,& amicabilibus compoſitoribus dandū, & ſoluendum ducatos tres pro quolibet ſoluen. infra ſex menſes proximè venturos videlicet, q ipſi de Cuneo ſoluant,& ſoluere debeant per eos electos,& ad opus eorum,& ipſi de Vignolio ſoluant,& ſoluere debeant pro eis electis, & ad eorum opus ſub pœna dupli, & hoc pro ſportulis,& labore noſtris.

Item pronuntiamus,& declaramus,vt ſupra q non procedatur ad aliquem actum accuſandi quouiſmodo,ex participantibus in bealeria nuncupata de rotarijs niſi interueniat conſenſus maſſarij, & conſiliariorum vel maioris partis ipſorum,etſi aliter fiat non valeat ipſa accuſatio.

Item condemnamus ipſas partes ad ratificandã hanc noſtram pręſentem ſententiam arbitramentalem, & laudum antequam recedant à præſentia noſtra videlicet ipſos No. Georgium rubbati, & Gaſparem de Caſtigliono pro quibus interuenerunt prout de eorum poteſtate conſtat inſtrumento per egregium Michaelem Becherij notarium publicum de Cuneo recepto ac alias de vignolio prout in ipſa ſententia continet per totum menſem Iulij proximè venturum.

Item dicimus pronuntiamus, & pręcipimus quod quælibet pars hinc inde ſit libera, & abſoluta ab omni, & toto eo quod vna ab altera, & econtra petere potuiſſet, & poſſet ex cauſis præmiſſis ſaluo tamen quod quælibet pars ſoluat expenſas per eam factas. lecta lata data, & in his ſcriptis promulgata fuit ſupra ſcripta arbitramentalis ſententia per dictos nobiles Bernardinum Rabij Georgium Rubati Gabrielem de Bernezio, & Ioãnem Paſchali electos aſſumptos, & deputatos per ſupraſcriptos de Vignolio, & per Gabrielem Iordanam Collinum Iordanam Federicum Iordanam, & Iafredum Nazarij de Vignolio electos aſſumptos, & deputatos p ſupraſcriptos de Cuneo vt ſup. p nobiles Georgium Rubati Gaſparem de Caſtigliono nominibus antedictis arbitros arbitratores & amicabiles compoſitores electos, vt ſupra ſedentes ſuper duobus banchis pro menſa in Cuneo, & in domo dicti Domini Bernardini Rabbi in Gallaria ſub terram præſentibus ibidem dictis nobilib. Georgio Rubbati, & Gaſpare de Caſtigliono tam nominib. eorum proprijs quàm nomine, & vicè ipſorum omnium de Cuneo participantium in dicta bealeria pro quibus interuenerunt, & compromiſerunt prout in inſtrumẽto compromiſſi per me recepto necnon nobilib. Bernardino Rabbi Gabriele de Bernezio, & Iohanne Paſchali eorum proprijs nominibus ac Martino Auena de Pralormo procuratore, & procuratorio nomine hæredum condam Dom. Baldiſalis de Rotarijs prout aſſeruit, & affirmauit pro parte participãtium de Cuneo, necnon Gabriele Iordana Federico Iordana Iafredo Nazarij ac odetto Bruna tam nominibus eorum proprijs quam aliorum de Vignolio pro quibus interuenerunt dictam ſententiam arbitramentalem, & laudum cum iuramento per eos, & quo modolibet ipſorum in manibus mei notarij infraſcripti tactis corporaliter ſcripturis præſtito ratificantibus approbantibus, & amologantibus, & de ipſa vtraque pars fieri petens publicum inſtrumentum, & inſtrumenta eiuſdem tenoris, & ſubſtantiæ. acta fuerunt hæc in loco prædicto Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo inditione tertia, & die vigeſima mẽſis Iunij præſentibus ibidem Raphaele Murri filio egregij condam Petri Franceſchino Malabocha, & Andrea Tagliaferri omnibus de Cuneo, teſtibus ad infraſcripta omnia, & ſingula vocatis & rogatis.

Et ego Vincentius Ruffini de Centallo Thaurinen. diœceſis publicus Imperiali auctoritate notarius, &c.

Arreſtum ſuper facto bealeria de Rotarijs. 18. Maij 1546.

FRANCISCVS DEI Gratia Francorum Rex vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem: notum facimus, quod cum virtute certorum inſtrumentorum tranſactionis, & conuentionis ac ſententiæ arbitramentalis, inde ſubſequutæ necnon litterarum à nobis deſuper obtentarum per Hyeronimum Rotarium dominũ Pralormi, & cæteros de Cuneo participantes in bealeria nuncupata bealeria Rottariorum originẽ ſumente ex flumine ſturię ad eorum inſtantiam Mathæus Oliuerius Commiſſarius iuratus vti exequutor iniunxiſſet ſindicis communitati, & hominibus Vignoli quatenus cõtẽta in dictis inſtrumentis, & ſententia, & per eos promiſſa obſeruaſſe haberẽt, & hoc faciẽdo nitidaſſe ſcuraſſe, & cauaſſe deberẽt dictam bealeriam ita quod aqua labi poſſet prout conſuetum erat necnon archam ipſius bealeriæ ac quinzetos ſiue verſorios iuſtos conſtruxiſſe ſeu cõſtrui feciſſe ſub pœna ducatorum centum: cui iniunctioni dicti ſindici communitatis, ac hominum eiuſdem loci ſe oppoſuiſſent, & ea de cauſa partes in curia per commiſſarium remiſſæ fuiſſent comparentibus Marcho Miraglio, & Franciſco Auricho ſindicis prædicti loci, & tanquam procuratores dictæ nomine cõmunitatis, & hominum eiuſdem loci opponentibus ex vna, & pręfato Hieronimo Rotario Theodore Rotario eius fratre dominico de Rubeis, & alijs participantibus in actis cauſæ nominatis ius, & intereſſe in dicta bealeria habentibus actoribus ex altera, dicti quidem opponentes dixerant pro eorum cauſis oppoſitionum quod ex vi dictę trãſactionis in vndecimo capitulo eiuſdem ipſi opponentes in neceſſitatibus dictæ bealeriæ non tenebantur in pęnam facere niſi vſque ad florenos viginti vltra vero tenebantur omnes participantes contribuere pro rata vſque ad quam ſummam afferebant ſe paratos ſoluere, & contribuere ſi expediat præterea aſſertum inſtrumentum laudi ſeu ſententiæ exaduerſo productum nihil obeſſe ipſi communitati. de cuius compromiſſo non apparebat nec de poteſtate nominatorum in eodem laudo qui pro ipſa communitate aſſeruerunt ſe interueniſſe rurſus tranſactiones ipſas ex aduerſo enũtiatas eſſe res inter alios actas carentes debitis ſolẽnitatibus à iure requiſitis ideo ex his, & alijs, per eos adductis petierant ſe liberari, & abſolui cum cõdemnatione expenſarum, & ſe non arctari ad prædictam purgationem, & refectionem præmiſſi vero de Rotarijs, & alij particulares acto res deduxerant ipſos ſupplicãtes, & opponentes per dictas tranſactiones comprobatas per vniuerſitatem totius populi dicti loci Vignoli teneri ad purgationem, & manutentionem ſgurationem, & nitidationem, dictæ bealeriæ ac alia neceſſaria eorum ſumptibus excepta tantum ruptura, & alia neceſſaria non compræhenſa in tranſactione quo caſu tenebantur ſolum conferre in impenſa pro ſumma viginti florenorum, necnon teneri benè purgare bonam archam facere bene cõ

ſtructam bonos ghichetos, & ſic de ſingulis cum dictæ tranſactiones longo, & longiſſimo tempore fuiſſent obſeruatæ inconcuſſe, & abſque aliqua controuerſia, ita q; per exceptiones dictorum opponentium ſe fundantium in eiſdē met trāſactionibus, & præcipuè in tranſactione Anni milleſimi quingenteſimi noni illidi non poterat intentio ipſorum actorum iuſtificata ex publicis tranſactionibus, & ex inſtrumentis duobus locationum per communitatem factis q̄bus intentio acta probatur, & etiam cum exceptiones, & oppoſitiones dictorū opponentium eſſent extra caſum, & propoſitum. nam illud capitulum vndecimum de quo in tranſactione loquebatur de ruptura, & neceſſitate, & non de manutentione purgationum, & cæteris neceſſarijs pro quibus proceſſum fuerat ad exequutionem, quam ob rem poſtulabant ipſos opponentes repelli ab eorum requiſitis, & oppoſitis, & conſequenter ordinari eſſe procedendum ad exequutionem inchoatam prædictæ manutentionis purgationis curationis, & nitidationis ac neceſſariorum ad formam dictarum tranſactionum cum expenſarum victoria ſuper quibus dictis partibus vel ſuis procuratoribus auditis memorata curia eas ad ſua facta rationes, & oppoſitiones ſcribendum quicquid vellent allegandum producendum, quod & opponendum, & inde ad conſiliū appunctuaſſet: Tandem viſis per curiam litteris, & expletis ſuper quibus dicta oppoſitio interuenit inſtrumento tranſactionis ſeu conuentionis ſub die vigeſima Ianuarij milleſimo quatricenteſimo nonageſimo ſecundo cum inſtrumentis electionum ſeu mādatorū dictæ communitatis Vignolij necnon alio inſtrumento tranſactionis ſub dicto anno quingenteſimo nono inſtrumentis accenſamenti ac proteſtationis, & interpellationis per actores contra communitatem factis oppoſitionibus, & exceptionibus dictorum opponentium concluſionibus, & rationib. actorum Arreſto prouiſionali lato die vigeſima octaua Aprilis proſſimè præteriti reliquisque partium deductionibus allegationibus, & productionibus aſſignationē ad conſilium, & omnibus mature, & diligenter conſideratis præfata curia repulſis communitate, & hominibus opponentibus ac eorum oppoſitionibus, & deductionibus diffinitiuè ordinauit atq; ordinat his non obſtantibus, q̄ tranſactiones prædeſignatæ teneant, & ſuum ſortiantur effectum, & exequutio inchoata ſuper qua dicta oppoſitio interuenit perficiatur, & conſequenter teneantur, & compellantur ipſi opponentes ad ſcurā-dum purgandum nittidandum, & manutenendum ſufficienter ipſam bealeriā de Rotarijs de qua agitur à præſia ipſius bealerie incluſiue vſque ad burcham archamque ghigetos ſiue verſorios conſtruendum fabricandumque ſeu conſtrui, & fabricari faciendum ac manutenendum, & omnia alia agēdum de quibus in dicta tranſactione eorum proprijs ſumptibus, & expenſis ſaluo quo ad rupturam, & aliam neceſſitatem de qua in vndecimo capitulo non expreſſam nec ſpecificatā in alijs capitulis ipſis opponentibus condemnatis in expenſis huius litis à die productionis primæ tranſactionis anni milleſimi quatercenteſimi nonageſimi ſecundi taxatione eidem curie retenta, cæteras ex cauſa compenſat, quo circa tenore præſentium ad memoratorum actorum inſtantiam primo parlamenti noſtri Pedemontani hoſtiario uel officiario aut cōmiſſario noſtro iurato ſuper hoc requirendo committimus, & mandamus quatenus ſupracriptum

praſcriptum arreſtum iuxta eius formam mentem, & tenorem in his, quæ exequutionem requirunt exequutioni debitè demandet compellendo ad hoc viriliter, & debitè compellendo: cui exequutori ab omnibus autem officiarijs iuſticiarijs, & ſubditis noſtris in hac parte pareri volumus, & iubemus Dat. Taurini in parlamento die decima octaua menſis Maij Anno domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, & Regni noſtri ſecundo collatio facta eſt. Serralonga. Per arreſtum curię. Sigillatis ſigillo regio in cera rubea. Bolliond.

Præſentatio ſupraſcripti arreſti cum prȩcepto, & proteſtatione.

ANNO Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto indictione quarta, & die vigeſima tertia menſis Maij in loco Pralormi aſtenſis diœceſis, & regij dominij mihi Domini Oliuerij notario publico de Raconiſio, & regio commiſſario iurato præſentauit, & præſentat nobilis dominus Oppecinus de Paruo paſſu de loco Vignolij nomine Magnificorū dominorum Hieronymi, & Theodorij Fratrum de Rottarijs dominorum Pralormi Guarene vine ... ac aliorum dominorum litis conſortium in actis, & arreſto nominatorum arreſtum ſupraſcriptum per Illuſtre parlamentum regium pedemontanum prolatum ad inſtantiam ipſorum contra communitatē ſindicos, & homines loci Vignoli Regij dominii quod arreſtū eſt datum Taurini ſub die decima octaua huius menſis Maij petentes, & requirentes me eūdem commiſſorium vt vellem accedere ad ipſum locum Vignoli, & ipſum arreſtum debitè ſigillatum, & per nobilem Bolliund ſecretarium ſubſcriptum exequutioni demandare ad mentem, & formā ipſius: quo arreſto, per me eundem commiſſarium viſo lecto, & cum ea, qua decet reuerentia recepto ego idem notarius, & commiſſarius ſubſignatus obtuli me paratum illi obedire, & in eius exequutionem die ſequenti quæ fuit vigeſima quarta Maij me tranſtuli ad locum Cunei ab ipſo loco pralormi, qui diſtat ab ipſo loco Cunei, per ſpatium triginta milliarium in circa & ſucceſſiue die martis vigeſima quinta huius menſis Maij me tranſtuli perſonaliter ab ipſo loco Cunei, ad ipſum locum Vignoli mecum exiſtentibus nobilibus Dominis Baldiſale Britio de Cuneo, & participāte in bealeria de qua in ipſo arreſto, & maſſario eiuſdem bealerie necnon, & ſupraſcripto domino Oppecino de Paruo paſſu nomine ſupraſcriptorum Magnificorum Dominorum Hieronimi, & Theodori, fratrum de Rottarijs in ipſo arreſto nominatorum q̄ primo, & ante omnia proteſtati fuerunt cum iuramento per eos reſpectiue præſtito in manibus mei eiuſdem notarij, & commiſſarij ſeſe veniſſe videlicet ipſe dominus Oppecinus à loco prædicto Pralormi ad ipſum locum Vignoli, & ipſi duo videlicet Dominus Baldiſal, & Oppecinus à loco Cunei ad ipſum locum Vignoli iſta ſolum pro cauſa & ſic ibidem in ipſo loco Vignoli, & ante eccleſiam beati Iohannis Baptiſtæ parrochialis eiuſdem loci, & in præſentia teſtium infraſcriptorum comparuerunt ibidem aſſiſtentibus, & præſentibus egregijs Marcho Quatri, aliàs Muragli & Franciſco Auricij ſindicis ipſius communitatis, & loci Vignoli,

necnon

necnon Simondo Regis,& Bernardino Barati ex consiliaribus, & credẽdarijs ipsius loci,& communitatis Vignoli in præsentia quorum,& assistentia ac ipsis videntibus denuo præsentarunt mihi iam dicto commissario arrestum supra denuntiatum dicentes vlterius tam videlicet ipse Dominus Baldisal suo nomine proprio quam nomine,& vice aliorum dominorum participantium in bealeria nominatorum in actis arresto,& transactionibus, & ipse Dom. Oppecinus nominibus quibus, supra,& sic ipsi ambo respectiuè quòd vltra protestationes iam per eos factas de nouo,& de præsentia protestãtur contra ipsos sindicos,& consiliares,& contra totam communitatem, & vniuersitatem loci Vignoli ac etiam contra particulares quatenus opus sit de omnibus,& quibuscunque damnis expensis, & interesse, & tam passis, quàm in futurum patiendis prætextu inobseruantiæ transactionum pro non scurando purgando nitidando,& manutenendo sufficienter ipsam bealeriam de Rotarijs de qua agitur à præsia ipsius bealerię inclusiue vsque ad burcham nec non in faciendo archas ghichetos,& versorios ad mentem, & formam suprascripti arresti cuius obseruantiam implorauit petentes, & requirentes ipsis sindicis, & consiliaribus ac omnibus alijs credendarijs particularibus,& de populo ac communiter quibus singulis ad singula relatis præsens tangit negotium iniungi sub pœnis formidabilibus,vt infra aliquod breue tempus contenta in dicto arresto adimplere ipsi respectiuè debeant tam suis proprijs nominibus quam nomine,& vice totius communitatis vniuersitatis,& particularium ad quos præsens tangit negocium significantes eisdem conduxisse me eundem commissarium ista solum ꝓ causa,& notificantes eisdem superius tam factis quàm fiendis tam pro expensis victus mei, & equi quàm mei Sallarij,& patrocinij in exercendo ipsam mihi factam commissionem vsque ad finem exequutionis vltra alias expensas in quibus fuerunt per arrestum prædictum condemnati petentes, & requirentes quibus supra nominibus protestationem suam admitti, & testimoniales sibi concedi præsentibus ibidem venerabili presbytero Domino Iohannino Graffini,& egregijs Iafredo Sarralli de Ceruascha, & Antonio Pallocho de monte notarijs testibus ad præmissa, & infrascripta omnia adhibitis vocatis, & rogatis saluo sibi ipsis iure latius in scriptis protestandi si sibi videbitur, & placuerit quibus omnibus visis,& denuo ipsis litteris modo quo supra receptis admissa protestatione suprascripta si & quatenus iuris sit,& non aliter nec alio modo ac concessis testimonialibus requisitis præsentibus testibus præmissis ego idem notarius, & commissarius supra nominatus oretenus in faciem iniunxi,& præcepi prædictis egregijs Marcho Quatri,& Francisco Auricij sindicis ac Simondo Regis, & Bernardino Baretti ex consiliaribus, & credendarijs loci Vignoli ibidem præsentibus audientibus, & intelligentibus nec non omnibus alijs,& singulis credendarijs, & consiliarijs ipsius loci Vignoli ac & particularibus,& de populo, & sic totę communitati, & vniuersitati in personam suprascriptorum duorum sindicorum, & duorum de consilio ibidem sic verum esse mihi commissario,& notario asserentium quatenus infra diem crastinam hora prandij quæ erit vigesima sexta huius mensis Maij inchoasse, & ordinem dedisse debeant descurando purgando nitidando faciendo archas

ghichietos

ghichietos versorios,& alia de quibus in ipso arresto de quo eisdem decreui copiam ad abundantem singulis ad singula debitè relatis, & inde infra sex dies proxime venturos vtiles compleuisse debeant, & adimplere ac perficere integraliter omnia contenta in ipso arresto sub pœna ducatorum quinquaginta in particulari pro quolibet particulare tam de consilio quàm de populo,& vniuersitate loci Vignoli,& centum in communi actu contrario committendo,& fisco regio applicanda alias autem in contumaciam ipsorum non adimplentium,per me supra sibi iniuncta hora none die crastina in ipso loco Vignoli,& loco suprascripto vbi acta fuerunt hæc aut in loco iuris visuros,& ad vidẽdum, & succesiuè,& respectiuè se se in dictis pœnis mulctari, & condemnari, & contra eos,& eorum quemlibet,& cõtra dictam communitatem,& vniuersitatem fortius prouideri ad mentem,& formam dicti arresti,& mihi factæ cõmissionis.actum,& Dat. Vignoli anno, & die præmissis.quiquidem sindici petierunt copiam omnium suprascriptorum quam duxi eisdem fiendam sumptibus moderatis.

ANNO præmisso,& die Mercurii vigesima sexta mensis Maii in loco Vignoli supra per me commissarium supra nominatum assignato comparuerũt egregii Marchus Quatri,& Franciscus Auricii sindici,& sindicario nomine communitatis,& vniuersitatis loci Vignoli nec non Amiotus Bianchi Bernardinus Baretti, & Simondus regis ex credendariis ipsius communitatis,& vniuersitatis etiam nomine ipsius communitatis virtute præcepti,& iniũctionis sibi per me commissarium factis de schurando purgando,& alia de quibus in suprascripto arresto faciendo seu fieri mandando cum effectu dicentes nomine totius ipsius communitatis,& vniuersitatis quòd ipsi semper fuerunt,& sunt parati obedire mãdatis,& præceptis regiis sibi factis per me eundem commissarium licet intelligant quod Simon regis,& Stephanus Iordana locatores seu conductores cõmunitatis Vignoli virtute instrumentorum locationum eisdem factarum teneantur ipsos consiliares,& totam communitatem indemnem,& illæsam releuare,& præseruare ab omnibus contentis tam in arresto prædesignato quam in transactionibus aliàs initis cum dominis de rotariis, & aliis in ipsis transactionibus nominatis,& quod ipsi nomine quo supra aquieuerunt, & aquiescere intendunt ipsi arresto quod intendunt ipsi,& communitas obseruare vna cũ ipsis transactionibus,& nihilominus interpellant ipsos conductores videlicet Stephanum Iordanã,& Simonem regis in personam ipsius Simonis ibidem præsentis audientis,& intelligentis ad releuandum communitatem à contentis in ipso Arresto,& transactionibus,& si secus vel aliter per eos fiat protestatur contra eosdem nomine quo supra de omnibus, & quibuscunq; damnis expensis,& interesse,& tam passis quam patiendis instantes huiusmodi suam ꝓtestationem admitti,& testimoniales sibi per me commissarium concedi ulterius vero attento quod hodierna die tota die pluit ne cadant in pœnis sibi impositis pariter, & communitas petunt tempus sibi prorogari ad inchoandum schuraturam,& alia de quibus in arresto,& sibi iniuncta saltem vsque ad diem

veneris

veneris proxime venturum, quæ erit vigesima octaua huius mensis Maij ad hoc vt possint prouidere tam de laboratoribus quam sappis Ciueris Cauagni nis, & alia necessaria ad purgationem, & curationem ipsius bealerie offerendo se se paratos inchoare, & exinde perficere toto eius posse etsi possibile erit iuxta sibi iniuncta, tamen non volunt se ad id astringere attenta maxime mutatione temporis, & quòd est necesse perquirere arbores sufficientes pro archis fiendis, & nemus pro ghizetis seu versoris præsentibus ad hæc suprascripto nobili domino Baldisale Brichio massario dictæ bealerie, & domino Oppecino, de paruo passu nominibus quibus supra, & acceptantes approbationẽ arresti factam, ac & transactionem per suprascriptos de Vignolio contentantibusque attenta pluuia ex causa adducta quæ est legitima, & valida tempus sibi prorogari vsque ad veneris iuxta parte communitatis Vignoli requisita vi delicet ad inchoandum tantum in reliquis vero insisti in præcepto, & quatenus deficiant de nouo nominibus quibus supra protestati fuerunt de omnibus damnis expensis, et interesse tam passis quam patiendis prætextu retardationis instantes protestationem suam admitti, & testimoniales vt supra sibi concedi, & ego memoratus commissarius præmissis visis, & admissis si & quatenus iuris sit & non aliter nec alio modo testimoniales hinc inde requisitas concessi tempusque ad inchoandum ipsis de vignolio prorogati iuxta requisita videlicet ad inchoandum infra diem veneris proximè venturum, quæ erit vigesima octaua huius, & inde ad perficiendum infra sex dies vtiles tunc proxime sequuturos eisdem in faciem iniungendo in omnibus, & per omnia prout in præcepto eisdem particulariter, & in cõmuni facto sub die martis vigesima quinta huius, quod habetur sibi pro re plicato. Datum, vt supra.

ANNO præmisso, & die veneris vigesima octaua mensis Maij super finibus vignoli, & in bealeria nominata bealeria de rotta rijs, in qua in præsentiarum non currit acqua tam propter rupturas ipsius quàm ex quo datur opera ipsam scurandi, & nitidandi ad formam arresti, & transactionum, & iuxta superius iniuncta, & desuper quodam ponte versus Cuneum in quo dicitur ad rocham seu ripam Castellani, & in præsentia testium infrascriptorum oĩa ad hęc vocatorũ, & rogatorum, & mei notarij, & cõmissarij subsignati virtute præcepti supra per me facti suprascriptis sindicis, & de consilio de loco vignolij de incohando hodierna die in faciendo purgationem bealerię de qua in arresto, & transactionibus ac alia ad mentem ipsius arresti, & ipsarum transactionum comparuit Simon regis de ipso loco vignoli tam suo nomine proprio quam nomine, & vice Stephani Iordana eius socij, & conductores communitatis vignoli pro quo Stephano ipse Simon facit casum proprium periculo sui, & bonorum suorum cum præsentia auctoritate voluntate, & cõsensu hẽrici regis, sui patris ibidem præsentis, & ad infrascripta omnia, & singula consentientis pro infrascriptis omnibus, & singulis peragendis dicentes, ꝙ volentes præcepta, & mandata regia obseruare incepit fieri facere purgationem bealeriæ, de qua supra nomine communitatis vignoli prout videre potestis vos domine

mine commissariè, quam communitatem ipse, & dictus Stephanus tenentur releuare à purgatione bealeriæ curatione, & nitidatione ac ã fractura archarũ & ghichetorum, & aliorũ ad bealeriam pertinẽtium tantum, sed ex quo esset impossibile infra tot breue tempus statutum, & datum ipsi communitati, & hominibus vignoli omnia ea facere quæ circa purgationem nitidationem factionem ghichetorum archarũ, & alia de quibus in arresto quòd dato sibi cõgruo termino, & tempore nomine ipsius communitatis omnia facientes, quæ in arresto continentur circa ipsam bealeriam, & quòd se sub pœna honesta obligabit cum iuramento, & maximè ad pœnam ducatorum centum auri de qua faciet, & ex nunc facit donationem fisco regio stipulata ipsa pœna per me notarium, & commissarium nomine quorũ intererit, ꝙ infra octo dies proxime vẽturos inchoandos die crastina, quæ erit sabati vigesima nona Maij perficient seu perfici facient de nitidando, & schurando bene sufficienter, & honestè, totam bealeriam à præsia vsque ad burcham taliterque, & tali modo ꝙ nõ erit locus iustæ quærellę infra vero diem quindecimum mensis Iunij proximè venturum de faciendo seu fieri faciendo omnes ghichetos necessarios bonos pulcros, & durabiles, & de bono nemore, & postibus, & infra vero, & per totũ mensem Iunij proxime venturum facere fieri archas bonas, & sufficientes, & de bonis trabis ad mentem, & formam sententiæ seu arresti, & transactionum ita, & taliter quòd infra octo dies primos supra dennotatos quòd aqua labet, & discurret prout est solitum, & quatenus in aliquo prẽmissorum deficiant nomine quò supra de stando vltra pœnam suprascriptam ad omne interesse patiendum per omnes participantes in ipsa bealeria de quibus ex nunc promittit sponte stare solo, & simplici verbo ipsorum participãtium in bealeria prẽsente ad hoc nobili Domino Baldisale Brisio massario dictæ bealerie nomine omnium in eadem participantium, & acceptante partitum, & propositam factam per suprascriptum Simonem suo, & quo supra nomine, & cum consensu quo supra ac nomine communitatis vignoli a qua per aliqua quæ dicat vel faciat recedere non intendit, & se contentante, quòd eisdem detur tempus supra petitum, & requisitum acceptando omnia per eundem dicta nominibus præmissis in parte vtili, & non aliter nec alio modo, & ego memoratus commissarius præmissis visis, & auditis attento consensu prædicti domini Baldisalis, massarij bealeriæ supra nominatæ tempus per suprascriptum Simonem requisitũ, & modo quo sup. specificatum eidem Simoni nomine communitatis statui, & assignaui ad omnia ea faciendum, quæ in arresto, & transactionibus continẽtur iuxta sui parte requisita, & exacto iuramento ab eodem Simone, qui cum consensu dicti sui patris suo, & nomine quo supra promisit, & iurauit in manibus, & ad dellationem mei eiusdem commissarii, & notarii subsignati ea, omnia facere quę supra continẽtur, & ad pœnam ducatorum centum de qua supra, & de stando ad omne interesse prout supra sub obligatione bonorum suorum in forma ordinaui esse desistendum in procedendo vltra quam supra dictum, & conuentum extitit co..tra ipsos homines & communitatem vignolj, & de prædictis omnibus tam prædictus dominus Baldisal quam prædictus Simon præceperunt, & rogauerunt per me eundem notarium, & commissarium

fieri debere litteras teſtimoniales ſeu publicũ inſtrumentum præſentibus ibidẽ nobili domino Ludouico Luiſotti de Cuneo,& egregio Marcho Quatri,aliàs muragli de vignolio conſindico ipſius loci teſtibus ad præmiſſa omnia,& ſingula vocatis,& rogatis:ſupraſcripta acta recepi ſcripſi manu propria,& poſtilani ego dominicus Olliuerij notarius publicus de Racconiſio,& regius commiſſarius iuratus teſte Signo meo manuali.idem Dominicus Olliuerij.

Confirmatione fatta dal Sereniſsimo Duca Emanuel Filiberto alla Città di Cuneo di tutte le conuentioni.

14. Auguſti 1556.

ILluſtriſſime,& Excellentiſſime Princeps', Fideliſſima communitas Cunei,exponit quemadmodum anno proximè fluxo celſitudo veſtra dignata eſt confirmare, & de nouo concedere omnia priuilegia capitula franchiſias,& immunitates quæ,& quas retrodiuiſ Principes ſui prædeceſſores tribuerunt,& conceſſerunt eidem communitati necnon omnes conuentiones pactiones,& tranſactiones inter ipſos diuos Principes,& ipſam communitatem initas,& confectas,& ſpecialiter conceſſiones,& litteras Illuſtriſſimorũ principum comitis Amædei,& Ducis Philiberti,qua propter Illuſtriſſime Princeps dicta iura ſic,vt ſupra conceſſa confirmata,& approbata eadem communitas ſupplicat humiliter dignetur celſitudo veſtra denuo concedere confirmare,& ratificare promittendo in verbo Principis,& bona fide iuramento etiam more Principis præſtito per ſe,& ſucceſſores ſuos quoſcunque attendere,& obſeruare attendique,& obſeruari facere omnia ſupradicta iura in omnibus,& per omnia prout in eiſdem reſpectiuè continetur cum cæteris clauſulis ſolitis apponi in conceſſionibus retro diuorum principum ac cum clauſula pro & mediãtibus etiam ſcutis ſolis quinquecentum,& ſachis ducentum grani ſiliginis pro prouiſione triremiũ veſtrarum,quæ & quos habuit ab ipſa communitate Illuſtriſs. Dom.Io.Thomas Ianguſcus Comes ſtroppiane legatus celſitudinis veſtrę ad ipſum locũ Cunei deſtinatus,& vlterius moti etiam ex aliis vrgentibus cauſis,& maximè ob impenſas per ipſam communitatem factas in fortificatione loci,& manutẽtionis preſidii eiuſdem à tempore belli cœpti citra litteras concedendo ad formam ſolitam conceſſionum ab antedictis principibus conceſſarum,& melius vt celſitudini veſtræ videbitur quam felicem conſeruet,& celeriter in priſtinum ſtatum reducat omnipotens.

EMANVEL Philibertus Dei gratia Dux Sabaudiæ Chablaſij,& Auguſtæ Sacri Romani Imperii Princeps Vicariuſque perpetuus Marchio in Italia Princeps pedemontium comes Gebennẽ. Baugiaci Rotondimontis,& Aſtæ Baro Vuaudi, Gay,& Faucigniaci Nicięque Breſſiæ, Vercellarum,& Marchionatus Ceuæ,Dominus Ac Sereniſſimi

Sereniſſimi Regis Hiſpaniarum,& angliæ in partibus Belgęę locumtenens,& Capitaneus generalis,&c. Recognoſcimus,& notum facimus vniuerſis, quod cũ nihil magis deceat quàm quæ Princeps conceſſerit priuilegia eſſe manſura,& præſertim ea,quæ quoquomodo vim habent contractus idq; lubentius à nobis conſuetum: in fieri cum his qui de nobis benemeriti ſunt,& debitam ſemper præſtiterunt fidem:qua de re non ſatis fidelis nobis vniuerſitas Cunei, comendari poteſt cuius fide,& ope locus ipſe poſt propulſatos hoſtes qui magno exercitu,& tormentorum numero triduo illum expugnare conati ſunt in hodiernum vſque diem ad commodum,& imperium noſtrum ſeruatus eſt ſeruarique præpoſita Dei, opt. max. gratia in futurum ſperatur nobiſque ipſa vniuerſitas ſupplici quodam libello his annexo per ſpect. benedilectum fidelem noſtrum Dom. Aloyſium Luperia iuris vtiuſque doctorem ipſius vniuerſitatis oratorem porrecto expoſuerit vt priuilegia immunitates pacta,& conuẽtiones quæ Illuſtriſſimi prædeceſſores noſtri eidem conceſſerunt inieruntque ratificare approbare,& confirmare dignaremur;nos itaque volentes vt par eſt quæ noſtris legitimè placita ſunt perpetuo obſeruare attentiſque ipſius vniuerſitatis meritis,ex noſtra certa ſcientia,& plenitudine poteſtatis maturaque procerum noſtrorum habita deliberatione ipſa priuilegia immunitates Pacta & conuentiones eidem vniuerſitati per Illuſtriſſimos prædeceſſores noſtros cõceſſa,& inita quib.eadem vniuerſitas hactenus vſa eſt ratificauimus approbauimus,& confirmauimus tenoreque præſentiũ ratificamus approbamus,& cõfirmamus,& quatenus opus ſit de nouo concedimus iuribus honore,& ſtatu noſtris ſemper ſaluis,& hoc tam ex gratia ſpeciali quã mediantibus aureis quingentis,& ſachis grani ſeliginis ducentis,vt triremibus noſtris prouideretur, A Theſaurario noſtro patriæ noſtræ pedemontanæ Simeone de locarno receptis de quibus legitimam rationem in camera computorum noſtrorum redde re is tenebitur mandantes propterea Illuſtr. locumtenenti Senatui, magiſtris, & auditoribus camerę Gubernatori, & iudici Cunei, cæteriſque officialibus noſtris,vt has noſtras ratificationis approbationis,& cõfirmationis litteras inuiolabiliter obſeruent eaſque ab omnibus obſeruari faciant inquantum gratiam noſtram caripendunt,& pœna decem marcharum argenti cuilibet contrafacienti indicta fiſco noſtro nulla remiſſione adiicienda,& hæc eſt ſeria noſtra voluntas:ad cuius probationem has manu noſtra ſubſcriptas,& ſigilli noſtri appenſione munitas fieri iuſſimus. Dat. in oppido Brucellarum patriæ Brabantiæ die quatuordecima menſis Auguſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto. Emanuel Philibert vidit Io. Thomas Langoſchus à Stropiana. Michaud. quos ſcutos quinque centum realiter recepi ego Theſaurarius ſubſignatus,& ſachos ducentum ſeliginis. Locharno.

Instrumento di fidelt à fatta al Sereniſsimo Emanuel Filiberto Duca di Sauoia in vita ſua, & doppò lui al Sereniſs. Duca Carlo Emanuel ſuo figliolo. 21. Nouembre 1575.

L'Anno M. D. ſettanta cinque nella terza inditione, & alli vintiuno di Nouembre fatto in Cunio nella caſa del'Illuſtri Signori Conti della Trinità oue loggiaua ſua Altezza, & nella ſala prima ſul portico preſſo alla ſcala, in preſenza delli molto Illuſtri, & molto Magnifici Signori Andrea Prouana Signor de Leinij Cõte di Fruzaſco conſeglier di ſtato Cambellano Amiraglio della religione de Santi Mauritio, & Lazaro Generale delle Galere, & Cauagliere dell'ordine di ſua Altezza Roberto Roero San Seuerino Gran Scudiere Cauagliere della gran Croce, & Teſoriere generale di detta religione Giouanni Fabri Sig. di Chli conſeglier primo ſecretario di ſtato, & di finanze Maeſtro Auditore della Camera de Conti Balliuo di Auoſta, & ſecretario di detto ordine Galeazo de Marcheſi di Ceua luogotenente della guardia del Sereniſſimo Sig. Prencipe, Gaſpare Purpurato de Conti di Luzerna Collonello della Militia & gentil'huomo della Camera di luoro Altezze, & Giacomo Antonio della Torre Gentil'huomo della Camera di S. A. tutti tre Cauaglieri di detta religione teſtimonij alle coſe infraſcritte conoſciuti domandati aſſiſtenti, & pregati, a tutti ſia manifeſto che conſiderando il Sereniſs. Sig. Emanuele Filiberto per dio gratia Duca di Sauoia, &c. Quanto conuenghi ad ogni huomo mortale, & magiormente ad vn Prencipe Chriſtiano prouedere alle coſe d'auuenire, & maſſimè alla tranquilita di ſuoi popoli alla cõſeruatione de ſuoi ſtati, & alla continuatione, & augumento della ſua deſcendenza haueſſe per cio fatto intendere, alli ſuoi ben amati, & fideliſſimi Cittadini huomini, & communità di Cuneo, & terre del mandamento come gli ſarebbe coſa grata che tutti li ſuoi vaſalli, & ſudditi preſtaſſero il giuramento di fidelta ſino adeſſo, doppo pero S. A. al Sereniſſimo Prencipe Carlo Emanuele ſuo figliolo dilettiſſimo nella medeſima maniera, & modo che la deuono, & hãno giurato à lei, & alli Sereniſſimi Signori Anteceſſori ſoi, & eſſi Cittadini, & communita vbedientiſſimi, & deſideroſi di ſodisfar alla bona intentione, & volere di S. A. haueſſero conſtituiti ſolemnemente ſuoi legitimi generali, & ſpeciali Procuratori li Mag. Signori Antonio Vgatio, & Antonino Barretta ſindici Gio. Franceſco Giuſſiana Aſcanio Acceglio Georgino bono Dottori di leggi come appare inſtrumento di procura riceuuto per M. Ottauiano Farina nodaro, & ſecretario di detta communità ſotto li ſedeci dil preſente meſe, & anno li quali perſonalmente conſtituiti inanti à me nodaro, & ſecretario ſotto ſignato, & delli ſopradetti teſtimonij, & poſti tutti in genochione auanti il cõſpetto

ſpetto dil predetto Sereniſs. Signor Carlo Emanuele, & con bona licenza, & permiſſione dil Sereniſs. Signor Emanuele Filiberto ſuo padre noſtro Signore, & ſenza punto pregiudicare alla fidelta, & vbidienza già giurata, & preſtata à S. A. mentre che á Dio piacerà conſeruarlo in vita la qual ſia longa, & cõ proſperita tutti inſieme vnitamente, & ſeparatamente & tanto à nome loro p̃prio che à nome & come procuratori di detti Cittadini huomini, & communità di Cuneo, & terre dil ſuo mandamento hanno giurato, & giurano toccando corporalmenti le ſcritture delli Santi Euangeli di Dio nelle mani di me notario ſottoſignato ſino adeſſo, & di preſente cio è al ſuddetto Sig. Duca, & appreſſo alla morte ſua (la qual piaccia al ſommo creatore differire doppo molte età, & lunghiſſimi anni) ſaranno ſempre buoni veri fideli ſudditi, & huomini ligij ad eſſo Sereniſsimo Prencipe, & ſucceſſiuamente à tutti li ſuoi deſcendẽti legitimi ſucceſſori Duchi di Sauoia, & Prencipi di Piemonte contra qual ſi voglia perſona ne mai ſcientemẽte ſi ritrouaranno in alcun cõſeglio, o fatto doue ſi tratti dil pregiuditio, ò danno della vita perſona honore è ſtato d'eſſo Prencipe, & ſucceſſori ſuoi anzi hauendone notitia con tutto il poter, & ſaper loro gli oſtaranno impediranno, & al piu preſto che puotranno lo reuelaranno, & manifeſtarano al'Altezza ſua, & ſuoi ſucceſſori come ſopra, & quando ſi trattara, di coſa concernente l'utile beneficio, & honore d'eſſo Prencipe, & à ſuoi gli preſtaranno tutta quella opra, & agiutto che gli ſara poſſibile, & finalmente giurano come nelle altre fidelta, & giuramenti preſtati per gl'altri anteceſſori ſuoi, & piu ampiamente ſi contiene nella forma di la vechia & nuoua fidelta, & inoltre eſſi ſindici, & procuratori al nome che di ſopra per magior dimoſtratione della buona volunta, & affettione qual eſſa città, & terre dil mandamento portano ad eſſi Sereniſſimi Signori Duca Padre, & Prencipe figliolo in virtu della detta procura hanno confirmato, & continuato cõfirmano, & continuano al predetto Sereniſſimo Signor Duca in vita ſua naturale il pagamento de ſcuti due millia d'oro in oro d'italia del donatiuo ſolito, & che pagano di preſente, & doppoi al detto Signor Prẽcipe per anni quatordeci cõtinui ſupplicando l'Altezza ſua che d'adeſſo come dall'hora ſi degni accettare queſta buona volontà di detta città, & communita, & confirmargli & promettere d'oſſeruargli tutti, & ciaſcuni loro priuilegij ſtatutti Franchiſie libertà immunità eſentioni conceſſioni capitoli patti, & conuentioni fatte trattate accordate, & paſſate tra il predetto Sereniſſimo Sig. Duca ſuo Padre, & ſuoi Illuſtriſſimi Anteceſſori, & detta Città, & terre alli quali per il preſente atto nõ intende S. A. hauer in modo alcuno derogato, & di nouo concedergli li capitoli, & dimande qual à parte hanno dato li quali come ragioneuoli ſperano ottenere ſupplicãdo di piu il già detto Sereniſſimo Duca ſuo Padre che reſti ſeruito per ſua ſuolita bonta accomodare nel tutto il ſuo beneplacito, & conſenſo, & di piu in conſideratione della prontiſſima vbidienza d'eſſi ſi degni dechiarare che li capitoli qual gli ſaranno cõfirmati, & di nouo accordati per il Sereniſſimo Prencipe ſuo figliolo habbino quanto à S. A. ſuo effetto, & vigore ſino al preſente cometere che gli ſian interinati, & oſſeruati dalli ſuoi Eccellentiſſimi Senato, & Camera de Conti, & eſpediti in bona forma ſenza emolumento

emolumento,& esso Serenissimo Prencipe Carlo Emanuel con la presenza authorità,& consenso del Sereniss. Duca suo Padre presente, & consentiente per loro,& li loro heredi,& successori separatamente, & congiontamente & come ad ogniuno di loro meglio puo pertenere,& spettare hanno accettato,& accettano cio è esso Sig.Prencipe il detto giuramento di fidelta doppo, & appresso esso Sig. Duca suo Padre, & ambedue respettiuamenti la continuatione del tasso, & p far conoscere ad essa Città terre, & cómunità quanto gli sia stata grata l'amoreuole,& pronta volontà verso di loro esso Serenissimo Signor Duca Padre insino adesso,& il Sig.Prencipe suo figliolo in parola de Prencipe, & con loro giuramento doppoi,& appresso al padre come sopra,& adesso come all'hora hanno confirmato,& cófirmano ad essa Città Cittadini,& terre suoi fidelissimi tutti,& ciascun loro priuilegij statuti Franchisie liberta esentioni concessioni capituli,& conuentioni fatte trattate accordate, & passate dal predetto Sereniss.Sig. Duca, & da suoi antecessori à detta Città,& terre alli quali per il presente atto non intende S. A. hauer in modo alcuno derrogato lasciandogli nella solita liberta di disporre di tutti suoi beni allodiali à piaser loro tanto per ogni sorte de contrato vltime volonta che successioni ab intestato si & come puoteuano far prima, & hãno fatto infin adesso Promettendogli inoltre di cócedergli, & accordargli l'altri capituli, & dimande quali à parte se gli daranno in quanto ragioneuolmente si potrà, & gli parra buono di fare,& di fargli interinare ogni cosa dalli suoi Senato, & Camera de Conti senza difficoltà diminutione modificatione alcuna, & senza l'emolumento à loro spetãte le quali cose tutte sopra promesse essi procuratori come sopra hanno con ogni riuerenza accettato, & promesso dal canto loro attendere osseruare,& non contrauenire in parte alcuna di ragion ne di fato anchor che puotessero sotto l'espressa hypotheca, & obligatione de tutti li beni di dette Citta,& communita presenti,& auuenire,& con le renuntiationi,&c. Et massime di puoter allegare di hauer fatta la soprascritta continuatione dil tasso e promissione per paura;reuerentiale ò altra qual si voglia per esser la verità che l'hanno fatta liberamenti spontaneamenti di loro bon grado,& in riconoscenza del benignissimo, & amoreuolissimo trattamento qual sempre hanno hauuto da S. A.& sperano de hauere dal Sereniss. Sig. Prencipe suo figliolo con loro giuramento, &c. Delle qual cose loro Altezze hanno comandato,& essi procuratori,& sindici richiesto me nodaro,& secretario sottoscritto ricceuerne, & spedirne doi publici instrumenti.

ET io Luigi Nicolò Calusio de Ciamberi originario di Vigone notaro,& secretario di S.A.il presente stromento ho riceuuto stesso nella presente forma,& ben che d'altrui mano scritto per licenza à me concessa trouatolo accordante fatta la debita collatione col mio protocollo sottoscritto col li miei soliti segni tabellionale, & manuale in fede, & testimonio delle cose sopra dette,Calusio.

Priuilegio del arma concesso alla Città di Cunio dal Serenissimo Duca Emanuel Filiberto & di vn collegio de Dottori & procuratori con esemptione sopra tutto il stata per le merci. Idibus Ianuarii 1559.

EManuel Philibertus Dei gratia Dux Sabaudiæ, Chablaysij, & Augustæ Sacri Romani Imperii Princeps Vicariusque perpetuus Marchio in Italia Princeps Pedemontium Comes Gebennarum,& Gebennen. Baugiaci Rorondimontis, Nicię,& Asti ac Marchiæ Ceuæ Baro Vuaudi, Gay Faucigniaci, Bressiæque Vercellarum,&c. Dominus, & in Gallia Belgica Sereniſſimi, & Potentissimi Hispaniarum,& Augustę,Regis locumtenens,& Regis exercitus Capitaneus generalis,&c.Ea sunt fidelissimi nostri populi Cuniensis in nos maioresque nostros merita,ea fide studio,obseruantia familię nostrę dignitatem Cunienses omni memoria coluerunt, & dignissimi merito videri possint quorum egregia, & gloriosa facta illustri non solum gratiæ, excipiamus,sed amplissimis etiam & honoribus,& præmijs cumulatè decoremus. Ac quidem ne longè abeamus, altèque nimis, & à capite res omnes ab ipsis præclare gestas repetamus,ea tantum breuiter perstringere nũc satis habebimus, quæ nostra memoria atque adeo recenti hoc Gallico Bello non minus fortiter quam fœliciter præclare ad posteros monumento gesserunt. Ac primum sub ipsa belli initia,cum Galli impetu in prouincias nostras facto sub alpinos populos ferè omnes in potestatem suam redegissent, soli Cuniensés inuenti sunt,qui Gallorum minas contemnere eorumque Imperium detractare primi omnium ausi fuerunt tametsi neque opidum operibus vllis, neque satis firmo militum præsidio munitum haberent seque vndique hostilib. armis obseptos simul, & præcisam auxiliorum spem omnem facile cernerẽt:adeo, vt vix post duos menses,& amplius cum iam vis hostium omnis,re ad vercellas parum fœliciter tentata,in subalpinos denuo incubuisset,nonnullorum exulum, & factiosorum Hominum Fraude circumuenti, & oppressi Gallicum præsidium accipere cogi potuerint quod demum vix exacto mense, appropinquante cum copijs Carolo Quinto Cæsare nonnullis eius cohortibus adiuti, oppido expulerunt.Sic itaque deiecto à ceruicibus ciuitatis hostili iugo, cum extrema omnia prius experiri,quam Gallicum iussum rursus accipere, statuissent, in eam primum omni studio curam incubuerunt, vt valido lectissimorum militum prę sidio,ab omni hostili vi,& impetu sibi cauerent:cum vt oppidi muros,fossa,ꝓ pugnaculis,omnisque generis operibus communirent tantoque rei perficiendæ nauandæque nobis opere studio exarsere, vt nullis neque laboribus,neque sumptibus,quos tum alendis militibus,tum conflandis bellicis tormentis, tum munitionibus extruendis,facere necesse erat per duos, & viginti prope annos vnquam peperciſſe visi sint:his ad hunc modum prudenter constitutis, haud

ta longo interiecto interuallo, fortuna campum dedit, in quo eorum virtus excurrere cognoscique posset. Post Cæsaris. n. in Narbonensem Galliam discessum, cum bellum, quod in subalpinis restinctum pęnè videbatur acrius denuo exarsisset, Galliq́ue alternante (vt solet) martis euentu redactis rursus in potestatem subalpinorum vrbibus, & oppidis ferè omnibus, Cunienſium agrũ perpetuis excursionibus haberent infectum, ac direptis, populatisque villis, & pagis, magnam, quotidie prædam auerterent, haud tulerunt Cunienses, vt hostes ea prædandi licentia, & impunitate diu letarentur. Quare ad arcendam armis iniuriam hostibus obuiam egressi, primum velitaribus, tumultuarijsque prælijs eorum audaciam breui compresserunt, deinde fusis profligatisque iusto propemodum prælio, ad Roca guidonem vicum, aliquot cohortib. arcem obsidentibus, insignem ex eis victoriam retulerunt, eorumque ferocitatem ita re præsserunt, vt facilè appareret cunienses his læuioribus prælijs, non tam hostiũ conatus infregisse, quam maioris cuiusdam rerum prædare gerendarum melis fundamenta iæcisse, quæ moles demum bellis, quæ deinceps consecuta sunt, in eam altitudinem perducta est, vt cæterarum vel clarissimarum vrbium lumi nibus obstruxisse merito videri possit: cuius rei ne materia deesset, eam hostiũ impotens dominandi libido largè, & copiosè suppeditauit. Galli. n. cùm detrimentis à Cunienſibus acceptis irritati, tum oppidi opportunitati allecti: quippe quod alpium maritimarum claustra tenere, idque vnum, secundum rerum suarum cursum, haud dubiè sustinere viderent, ad id vnum animum, consilia, cogitationesque omnes intendere cœperunt, qua ratione, quibus artibus tam opportuno oppido potirentur, itaque in omnes rei gerendæ occasiones intenti, cum violatis repente inducijs secundum bellum excitassent, magnisque in Italiam traductis copijs, eas ad insignam aliquam expeditionem educere statuissent. Hanibaudus Galliæ Halmirarchus, qui tum in subalpinis militaris Imperij summam administrabat, omnibus consilijs anteuertendum existimauit, vt Cunium, quod oppidum tum haud satis firmo militum præsidio teneri neq; rebus quæ ad oppugnationem sustinendam vsui esse solent, satis instructum, & munitum esse exploratum habebat, omnibus viribus oppugnaret. Quare reb. omnibus, quæ ad oppugnationem necessaria videbantur, quam diligentissimè comparatis, oppidum de improuiso, circunsedit, dispositisque muralibus tormentis, summa vi expugnare aggreditur. Verum is fuit oppugnationis exitus, vt hostes post ingentem murorum demolitionem, amplo ad perrumpendum patefacto aditu irruptionibusque per duos deinceps dies semper infęliciter tẽtatis repetitaque, & redintegrata acrius oppugnatione ad extremum propugnatorũ virtute fracti, quadringentis, & amplius militibus amissis, in his Gullielmo Biandrato vno ex legatis, compluribusque centurionibus, & signiferis, obsidionem turpiter soluere atque inde discedere cogerentur, quæ expeditio infęliciter tentata vsque adeo infregit Hanibaudi animum, vt nihil porrò alibi tentandum iudicarit, sed exercitum, quem etiamnum instructissimum habebat, in hiberna dimiserit. Qua propter hostes abiecta spe omni oppidi potiundi, per reliquum illius secundi tertijq; belli deinceps tempus, nihil aperta vi tentate ausi, dolos tantummodo, & machinas aduersus oppidanos comoliri,

liri, insidiasque eis comparare institerunt, sed ea fuit cunienſium, tũm callidis eorum consilijs anteueniendis vigilantia, & diligentia tum cautionibus adhibendis solertia, & prudẽtia, vt machinis, & insidijs nihil loci relinqueretur, neque hostes propius muros, quam telum adijci posset accedere auderent, hoc euẽtu cunienſem populum tribus grauissimis bellis cum Galli exercuissent, iã tertij belli laboribus, & periculis defessum, ac tantum nominis, & existimationis adeptum, vt rerum suarum status haud pœniteret, excepit hoc quartum bellum, ad sequentem, & materiam eius gloriæ prope fatale. Cum. n. Brisachus hostiũm Dux, qui nimis indulgenti fortuna iam diu vtebatur, Valfeneria per deditionem recepto, eodemque impetu, Clarascho paucis post diebus per vim expugnato, adeo animos extulisset, vt nihil non peruium, quamuis egregie munitum, & septum suorum militum virtuti fore confideret, secunda sua fortuna subnixus, omnem exercitum recenti etiam victoria elatum, & inflatum, in funestam Gallis expeditionem atque adeo ad eorum cladem fatalẽ eduxit. Et Clarascho descendens, Cunium vbi tum oppidi custodiæ cĩ quadringentis milib. præerat Carolus Lucernæ comes, (vir Clarissimus, multo rerum vsu, summa prudentia, ac non minus belliquam pacis artibus instructus, & ornatus) recta contendit, oppidoque arcte circunsesso, quę ad oppugnandum vsui erant, summa diligentia comparare cœpit; eam plane spem secutus, fore, vt oppidanos diuturnæ obsidionis laboribus fractos, rerumque omnium sub actos, ad deditionis conditionem subeundam compellerer vel pertinaciter nimium resistentes, à cæteris sociorum præsidijs longè disiunctos, & intercluſos per summum ocium expugnaret. Itaque coacta ex agris ingenti operarum manu, magnoque item tormentorum, glandium, tormentarij pulueris numero conuecto, muros ab omnibus partibus ac tantum non in orbem quatere, & solo æquare, cuniculos agere, propugnacula suffodere instituit. Præterea aggeribus in eam altitudinem perductis, vt montium instar essent, vnde in omnes oppidi regiones erat despectus, in eorumque fastigio tormentis collocatis, murorum munitionumque pinnas assiduis tormentorum globis introrsus deterge re, propugnatoresque vel pugnantes, vel in opere se exercentes, tum a tergo tũ à lateribus appetere, recta deturbare, nullumque locum, à periculo vacuum relinquere, vbi tuto consistere obsessi possent. At oppidani his tantis hostium operibus impedimentisque periculi magnitudine nihil exterriti, cum secundum diuinam opem, ab animi virtute sola auxilium sibi petendum viderent, tanta ordinum omnium ciuitatis consensione ad auertendum ab eorum cerui cibus hostem, oppidumque nobis conseruandum conspirarunt, vt omnis ętas omnes sexus, senio, & morbo confecti iuxta atque ætate, & robore florẽtes ad refutandos hostium impetus, certatim concurrerent, ac suam quisque laboris periculisque partem subire contenderet: omnibus hostium consilijs, & conatibus solerti ingenio occurrerent, rebus necessarijs prouiderent, atque ad omnes casus se compararẽt, quo circa Brisachus cum oppugnationem spe sua difficiliorem, cunienſesque indies animo erectiores videret (quippe qui non ex vallo, & propugnaculis solum pugnare sed collato etiam pede manus conserere non dubitarent; idque crebris diurnis nocturnisque eruptionibus, quibus

 sæpius

sæpius hostiles operas partim in cuniculis opprefferant;partim à suffodiendis muris in fugam auerterant; & integras militum cohortes, sub totius exercitus oculis conciderant;simulque in oppido nihilo segnius reliqua ad defensionem administrarent,extructis opportunis locis ageribus omnisque generis operibus,quibus protecti tela vitarent,tormentorumque ictus eluderent,inanesque facerent) his rebus permotus calidus hostis, aliam sibi insistendum viam existimauit,cunienſiumque animos, propositis amplissimis conditionibus tentare instituit. Verum cunienses quamquam ex diuturna oppugnatione propugnatorum numerus valde esset diminutus, omnesque continenti labore, assiduisque vigilijs pœne confecti viderentur, rerum præterea omnium necessariorum inopia conflictarentur,pulueris præcipuè tormentarij,cuius penuria iã multos dies maiorum tormentorum suorum vsus planè interierat, & quod reliquum erat, minorum, (quos sclopos vocant) vsui,in vnum diem, si hostes irruptionem tentassent,vix suppeditaret;tamen tantum abest, vt hostium ,pmissis permouerentur, per amplasque ab eis latas conditiones auribus admitterent,vt constanti,& inuicta quadam animi magnitudine omnem compositionis spem omnino præciderent:aperteque profiterentur,se nullam aliam sibi exoptare fortunam quam quæ esset cum commodo,amplitudine, & dignitate nostra coniuncta. Quamobrem Brisachus ab eo consilio depulsus ad reliquã oppugnationis cogitationem sese recepit,ac per id tempus cum de Piscarij aduentu cognouisset,qui obsessis subsidio venire ferebatur ad extremum conatum descendere fortunam tentare,& quid virium virtutisque aduersus obsessorum pertinaciam in suis veteranis militibus esset,periclitari statuit. Quare ad septimum calendas sextiles subiecto igne cuniculis, cum munitionum, & aggerum,qui menium ruinis erant obiecti eiusmodi labes facta esset, vt cataphractorum equitum turmæ nedum expeditis legionibus ascensum facilem præberet,hostes ab omnibus partibus,vt obsessorum manus deducerent, mænia tentantes,partim scalis,partim per murorum agerumque ruinas, in oppidum irrumpere conantur. At tanta propugnatorum virtus atque ea præsentia animi fuit,vt cum vndique maxima ænearum glandium multitudine præmerentur,atrociter sæuiente in omnes partes tormentorum tempestate,alijq; glandibus traiecti,alij membris discerptis,& dilaceratis,miserabili spectaculo passim sternerentur,non modo de migrandi causa, loco excederet nemo, sed penè ad periculum ne respiceret quidem quisquam:nihilque deterreretur:qn cadentis muneri vicarius continuo succederet: ac tum omnes accerrimè fortissimeque pugnarent. Fuit sanè is dies cunienſibus longè grauissimus: quod defessis,& vulneratis recentes,& integros continenter hostes submitteret cuius rei facultas ob propugnatorum paucitatem oppidanis erat adempta sed tamen hunc habuit euentum, vt hostes ad extremum repulsi, & ex omni parte deturbati, maximè accepto detrimento in castra se recipere cogerentur. Brisachus desperata oppidi expugnatione,quod suas copias vehementer attenuatas intelligeret, amissis termille, & amplius militibus,totidem ferè conſarciatis,interfectis fortissimis quibusque signiferis,centurionibus, tribunis alijsque compluribus amplioris ordinis ex Gallica nobilitate,& in his,ipso castrorum

præfecto summæ auctoritatis viro,veritus,ne diutius sedendo,grauius aliquod incommodum acciperet,appropinquante præsertim Piscario,quem ad Fossanum oppidum consedisse exploratum habebat;præmissis impedimentis,septimo,& quinquagesimo obsidionis die exercitum inde deduxit: vsque adeo animo fractus,vt cum ad quintum à Cuneo lapidem Piscarium obuium habuisset,obsessis subsidio venientem,atque æquo loco instructa acie decertandi potestatem facientem pugnam committere minimè ausus sit,tametsi peditum,& equitum numero esset dimidia propè parte superior,sed fugienti similis ad sua finitima præsidia se receperit, præclaram sanè atque insignem admodum victoriam adepti cunienses videbantur,sed eo minus lætam, quod multo illis sanguine stetisset,ducentis paulo minus in ea obsidione desideratis, pari ferè sauciorum numero:oppido præterea ruinis adeo deformato quippe quod præter demolitiones,ignis,vi,cuniculis fornicatis concluſi, factas,quinquies mille circiter maiorum tormentorum ictus,partim muris partim propugnaculis, partim sacris, publicis priuatisque ædibus excepisset,) vt tertio post hostium discessum die,aduentus Piscarius, quadringentis equitibus comitatus, obstructis portis, per murorum agerumque ruinas in oppidum facilè ingrederetur, atque vltra pomœrium omnes progressi, vix se intra oppidi muros esse animad uerterent;munitionumq; vestigia internoscerent; atq; diuina potius ope quam humana oppidum defensum,& seruatum iudicarent: oppidanorum præterea constantem erga nos fidem, & excellens studium non minus collaudarent,quã patientiam virtutem, animiq;magnitudinem ad stuporem vsque admirarentur,quos non calamitas vlla,non messis frugumq; omnium iactura, non agrorum vastationes,quibus hostis,armentis abactis, villis incensis,vineis,& arboribus excisis,ad Barbaram crudelitatem nihil sibi reliqui fecit: non murorum, munitionum, ædificiorum vrbanorum tam ingentes ruinæ, non oppidi excidium impendens,non denique vllum mortis præsens periculum in summa rerum omnium inopia, & desperatione,quicquam permouere,atque de officio fideque deducere potuissent,cæterum, & etiam illustrior hæc Cunienſium victoria omnibus uisa est, quod eam rerum commutationem attulerit, vt ex eo tempore,Brisachi Gallorumq; fortuna semper inclinata iacuerit, contra, res nostræ,quę in subalpinis vehementes accisę affectæq; & propè prostratę videbantur,meliore loco esse cœperint, ac veluti faustum quodam omen, prærogatiuaque victoriæ ceso profligatoq; à nobis in veromandius ad diui Quintini fanum Gallorum exercitu, paucis post diebus adeptæ, rerumque omnium deinceps feliciter gestarum, fuisse videretur, quapropter hæc omnia, aliaque multa,quæ commemorare,longum esset Cunienſium illustria, & præclara facta nobiscum ipsi reputãtes;vt eos de nobis optimè meritos iudicamus, ita par esse censemus,vt tam fideli populo is honos, à nobis habeatur, eaq; præmia persoluantur;quæ eximiæ eius virtutis,singulariſq; in nos studij,ac viciſſim grati nostri erga eum animi monumenta ad posteros esse possint. Itaq; fideliſſimũ nostrum Cunienſem populum amplioribus honoribus, quib. digniſſimus est, ad altiorem dignitatis gradum efferre cupientes,nostra sponte, prudentes, & scientes,ac post adhibitos nobis in consilium selectos proceres nostros,in hac

Transattione tra la Communità de Cunio, & la Communità di Bernezo, li 12. Decembre 1488.

IN nomine Domini, Amen, Anno eiusdem Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo, Indictione ſexta die duodecima menſis Decembris. Actum Cunei, videlicet in Palatio domus Communis, vbi ſolent fieri rationes dicti Communis præſentibus ibidem Nobilibus Ludouico Farinæ, Petro Paulo Luperiæ, Ludouico Verulfi burgenſibus Cunei, & egregio Hieronimo della Motta de Piperagno, milite dicti loci Cunei, teſtibus ad infraſcripta omnia vocatis, & rogatis: noſcat modernorum præſentia, & poſteritas ſucceſſiua non ignoret ac præſentibus, & futuris hoc præſens publicum inſtrumentum, intuentibus in publicam deducatur notitiam; Quod cũ certę verterentur differentiæ lites conteſtationes, & controuerſiæ inter & per inclitam Communitatem, & homines Cunei, ex vna & Communitatem, & homines Bernecij partibus ex altera: Quæ quidẽ tales erant quia Cõmunitas Cunei, ſeu agentes pro ea petebant à Communitate, & hominibus Bernecij Florenos tricentum in quibus dicebant dictam Communitatem, & homines Bernecij eidem Communitati, & hominibus Cunei, teneri pro reſta, talearum impoſitarum, & onerum factorum impoſitarum, & ſubſtentorum per dictã Communitatem, & homines Cunei, pro duabus partibus ex computo facto inter dictas Communitates conſtante inſtrumento per Philipũ Corui notarium ſubſcriptum recepto ſub anno proximè fluxo aſſerentes dictam Cõitatem, & homines Bernecij tanquam iuriſdictionales, & membra dictæ Communitatis Cunei, teneri ex antiqua cõſuetudine obſeruata à tanto tempore citra cuius, initij memoria non extat in contrarium ad tertiam partem omnium, & ſingulorum onerum realium perſonalium, & mixtorum ordinariorum, & extraordinariorum per dictam Communitatem, & Credẽtiam Cunei, impoſitorum, & imponendorum cum Communitatibus tantum Ceruaſchæ, & Vignolij. Et ipſam Communitatem, & homines Bernetij ad dimidiam dictæ tertiæ partis, & quintam partem alterius dimidiæ. Et ſic ad ſextas partes de decem. Item petebat ipſa Communitas Cunei, à dicta Communitate, & hominibus Bernecij expenſas damna, & intereſſe propter non factam ſolutionem dictorum Florenorum tricentum quos aſcẽdere dicebat ad florenos quinquaginta, ſaluo iure recti calculi. Econtra verò ipſa Cõmunitas, & homines Bernecij ſeu agentes pro ea ſe opponebant aſſerẽtes ſe grauatos in dicta quotta ne dum cum dicta Communitate Cunei, ſed etiam cum dictis Communitatibus Ceruaſchę, & Vignolij, & vlterius quia multi forenſes, & homines Cunei, & iuriſdictionis in finibus Cunei, in camparia Bernecij prædia ruſtica poſſidentes refugiunt ſupportare onera in prędicto loco Bernecij cũ ipſis de Bernecio proter quòd grauantur vehemẽter. Quia ſi debent ſupportare eorum ratam prædictã, honeſtum eſt quòd poſſidentes in eorũ camparia eos pro rata poſſeſſionum relleuent. Dicebãt etiam Communitatem Cunei, Ceruaſchę, & Vignolij vendidiſſe, & appropriaſſe multa prędia communia ſuper quibus

quibus habebãt ipſi de Bernecio paſchagium, & illa appropriaſſe ex quo ſint ipſo paſchagio priuati petentes eis dari licentiam eadem appropriandi in eorum camparia attẽto etiam inſtrumento per egregium Michaelem Becherij recepto in rationaria Cunei, ſuper perequatione p̃dicta facto petentes ipſam peræquationem fieri: Ad quæ Cõmunitas Cunei, reſpondebat, quòd nihil eis erat inuocatum ſuper eorum camparia nec erat diminuta ſed potius augumentata, & ſic non poterant ſe dicere grauatos nec à via veteri, & recta ac antiquata conſuetudine diſcedere. Quo verò ad poſſidentes Cunienſes in camparia Bernecij dicebant quòd fines ſunt Cunei, nec eſt honeſtum, quòd caput ſubijciatur membris. Et ſe non teneri ad regiſtrandum nec onera ſupportandũ in loco Bernecij attento maximè quòd ex dicta conſuetudine inueterata homines Cunei, nunquam regiſtrarũt eorum prædia vbicunque conſiſtant in finibus Cunei, niſi in Cuneo, & quòd homines Bernecij prædia, quæ tenuerunt, & poſſiderunt per ipſum tempus, & in præſentiarum poſſident in finibus, & Camparia Cunei ſemper regiſtrarunt in loco Bernecij, & ibidem pro ipſis, & ad releuationem eorũ onera pro ipſis prædijs ſuportatis in nullo pro illis Communitatem & homines, Cunei, releuan. ex quo propter regulam quòd quiſque iuris &c. non poſſunt nec debent diſcedere ab ipſa conſuetudine nec habent cauſam quærelę nec ét de prædijs venditis & appropriatis. Quoniam ſi fuit facta aliqua venditio, pretium illius cenſetur in vtilitatem hominum dicti loci, & Communitatis Bernecij pro dicta eorum rata, quia ita priuantur paſcuis eorum appropriatis Communitas Cunei, ſicut homines Bernecij: nec eſt honeſtum, quòd communitas, & homines Bernecij habeant facultatem vendendi fines Communitatis Cunei, aliaque plura per dictas Communitates ſeu earum parte dicebantur opponebantur excipiebantur replicabantur adinuicem, quæ hic breuitatis cauſa obmittuntur: Ecce, quòd de ipſis differentijs fuit factum compromiſſum, & differentiæ ipſę decidendæ remiſſę per dictas Communitates videlicet in ſpectatiſſimũ Iuris vtriuſq; doctorẽ, & iudicẽ appellationum citra padum Dominum Ioannẽ de Accilio pro parte Communitatis Bernecij, & in ſpectabilem vtriuſq; iuris doctorem Dominum Dominicum Taurini pro parte Cõmunitatis Cunei. Quib. fuerunt dictæ lites, & cõtrouerſiæ prẽmiſſæ amicabiliter ſedandæ remiſſę conſtãte reforma &c. cõſilij generalis dicti loci Cunei, infra deſcribitur. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo indictione ſexta die decima menſis octobris in pleno, & gñali conſilio cõis, & hominum Cunei, ſono campanæ, & voce præconia more ſolito congregato ſpectabilis vtriuſq; Iuriſc. doctor Dominus Leonardus de Graſſis honorãdus iudex Curiæ, Cunei, & eius mãdamenti petit conſilium ſibi dari ſuper propoſitis infraſcriptis. Et primò cum ſit neceſſe prouidere, &c. Item &c. Item &c. in cuius quidem Conſilij reformatione, &c. in quo adderãt plus, quã duæ partes conſiliariorum dicti Conſilij. Et maximè conſiliarij infraſcripti videlicet Georgius Galuagni Syndicus, Conſtantius miglia locumtenẽs Michaelis Bequerij alterius Syndici dicti Cõis, ſpectabilis Dominus Dominicus Taurini, Ludouicus de Montemalo, Antonius de Acilio, Ludouicus de Tomatis Io. Ludouicus Luperia, Antonius de Bolleris Paulus Farina, Paulus Crauexani, Franciſcus de alaxi, Antonius Tortelli, Franceſchinus

demum ſententia conſiſtentes,atq; pro eo iure,& ampliſſima authoritate,quę à Romanis Imperatoribus nobis tradita eſt. Primum,Cunium oppidum nomine,& honore ciuitatis afficimus. Cunienſeſq; omnes tam ex eo loco ortos quã incolas in ciuitatem aſcriptos,ciues in perpetuum haberi nominarique volumus,& iubemus;atq; adeo eo iure ciues eſſe,quo qui optimo ab omni vetuſtate fuerunt. Ad hæc iuriſconſultorum,medicorum,librariorum ſeu notariorũ, omniſq; generis opificum collegia inſtituendi, exemplo inſtitutoq; cæterarũ ciuitatum, amplam ipſis tribuimus authoritatem,ipſiſq; collegiorũ corporibus eſſe volumus,iuriſprudentiæ artiſq; medicinæ ſtudioſos vti ad vnũquodq; eorum ea res pertinebit,laurea donare,doctorumq; inſignibus ornare,Doctoreſq; ab eis ita creatos eo numero ac loco vſquequaq; haberi, quo cæteri omnes, qui in alijs ciuitatibus publiciſue gymnaſijs eum ſunt gradum dignitatis adepti;ſed ea omnia ita demum rata nobis eſſe placet, modo vt vnumquodq; iuriſconſultorum,medicorumue corpus ſeptenos non minus doctores habeãt; cæterorum autem collegia demum omnino artificum numerum expleant. In conſtituendiſq; collegijs,eorum forma inſtitutis, & legibus componendis, & præſcribendis præfectus noſter interſit,iſue qui tum iuriſdictioni præerit: eaq; decreta,& præſcripta omnia atque adeo ipſam collegiorum formam nobis approbent;vel eius rei,qua de re agitur,Senatus noſter fundus,& author fiat:cuius Senatus in ea re authoritas erit,ea circunſcribere,mutare,emendare,& cõformare,quæ vel ciuitati inutilia,vel fiſco noſtro fraudi arbitrabitur, iam vero ne tranſlatitio, & pari cum cæteris ciuitatibus iure exequati ſolum videantur, quorum præſtans virtus,& ſingulare in nauanda nobis opera ſtudium, ſummis & duriſſimis præſertim rerum noſtrarum temporibus enituit; hæc inſuper præmia Cunien. ciuitati præcipuè deferre ſtatuimus; quæ eminens meritorũ eius erga nos magnitudo à liberalitate noſtra,ſuo prope iure repetere videtur:Itaque primum Cunienſes omnes ipſum oppidum Cuniũ tamen incolentes omnibus portorijs,& vectigalibus quæ vltro citraq; commeantes,mercium aut alterius cuiuſuis rei nomine penſitare ſolent, in poſterumue imponi continget, per vniuerſam dictionem noſtram in perpetuum liberamus immuneſque facimus. Tum præterea in ſubalpinorum conuentibus, cętibuſque omnibus antiquiorem ſententiæ dicendæ locum obtinere, reliquaſq; omnes ſubalpinorum ciuitates,Vercellenſibus Haſtenſibus,Nicenis, & Auguſtanis exceptis, honore,dignitateq; antecedere,potioreſq; ſemper eſſe,& haberi volumus. Poſtremo quo rerum ab eis præclare geſtarum,noſtræq; in eos beneuolentiæ memoria cum omni poſteritate adæquetur,eorum antiqua armorum inſignia noſtrorum acceſſione ad hunc modum exornare placuit ſcutum erit binis areis linos tranſuerſa ad angulos rectos ſcutũ ipſum interſecante diſtinctũ,in cuius ima area antiqua eorũ ciuitatis inſignia in ſuperiori, noſtra qũo nunc deferre ſolemus,depicta cernant tortili ſchedula binis palmæ ramulis, vtrinq; ſcutũ obũbrantib.circũplicata ita inſcripta FERENDO. quẽadmodũ hæc oĩa hic pictura accuratius expreſſa cernuntur. Quę quidem inſignia in omnib.militaribus expeditionibus,tentorijs vexillis ſcutis, aulæis ſtragulis,ſignis,& deniq; in reb.& locis omnibus pro ipſorum arbitrio,deferendi illiſq; vtendi,ipſi ciuitati poteſtatem

ſtatem permittimus. Ac nequando ex his aliqua vt iuris ambiguſi, in diſceptationem controuerſiamq; adducantur,ſed omnia rata, firma, Sanctaq; perpetuo permaneant,legibus quibuſcunq; conſtitutionibus,Priuilegijs, reſcriptis, iuribus municipalibus,conſuetudinibus cæteriſq; omnibus quæ his aduerſari, contrariaq; eſſe videbuntur etiamſi eiuſmodi forent quorum mentio nominatim facienda eſſet,& præcipuè l.omnium. C. de veſtiga. huius diplomatis noſtri authoritate derogatum eſſe volumus,& declaramus. Quare mandamus legato noſtro,ſenatui,omnibuſq; prouinciarum, vrbium, & oppidorum præfectis ac reliquis magiſtratibus,quiuè publico aliquo munere funguntur, vti ad vnum quemq; eorũ ea res, qua de re agitur pertinebit, vt hoc diploma noſtrũ plane atque omnino obſeruent, à cęteriſque omnibus obſeruandum ſedulo curent, nullaq; ex parte violari permittant. Quod ſi quis contra fecerit, ſciat, præterquam quod offenſionem noſtrã incurret,grauiſſima etiam pœna ſe eſſe mulctãdum. Quæ omnia huius diplomatis authoritate manu noſtra ſubſcripſi, & ſigno noſtro obſignato nobis ſancire,& comprobare placuit. Datum Bruxellæ Idibus Ianuarijs Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono. Emanuel Filibert,vidit. Io. Thomas Langoſcus à Stropiana Fabri.

Teſtimoniales paratus obedire.

AMædeus de Valpergia Comes maxini, &c. Catholicæ Maieſtatis Cambellanus conſiliariuſq; ac locumtenens generalis Sereniſſimi domini domini noſtri Emanuelis Philiberti Dei gratia Sabaudiæ,&c. Ducis,vniuerſis ſit manifeſtum quod anno,& die de quibus infra comparuerunt coram nobis Mag. Vincentius Garronus,& Bartholomæus Verdigliotus ſindici fideliſſimę ciuitatis Cunei, qui ſuo ac totius eiuſdem vniuerſitatis nomine nobis ſupraſcriptas priuilegiorum litteras præſentarunt illarum obſeruantiam requirentes, quibus viſis ac eis,quo decuit honore,& reuerentia receptis paratos ipſis nos obtulimus, & offerimus obedire has in præmiſſorum teſtimonium cõcedentes manu noſtra, & noſtri ſecretarij ſubſcriptas. Dat. Cunei die vigeſimaſeptima menſis Septẽbris milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, Amædeus Valpergia Chini.

Interinatio Senatus Eccellentiſsimi.

SENATVS Sereniſſimi Principis Domini Domini noſtri Emanuelis Philiberti Dei gratia Sabaudiæ, &c. Ducis vniuerſis ſit manifeſtum quod hodie coram nobis comparuerunt Mag. & Benedilecti noſtri Domini Vincentius Garroni, & Bartholomæus Verdigliotus ſindici inclitæ,& fideliſſimę ciuitatis Cunei,qui eorum proprijs, ac nominibus totius vniuerſitatis nobis exhibuerunt, & præſentarunt retroſcripta

priuile-

priuilegia ipſis de Cuneo merito per eius altitúdinem conceſſa, requirentes illorum obſeruantiam,& teſtimoniales eis de his concedi,quibus auditis,& ipſis retroſcriptis priuilegijs viſis,& eis cum quibus decuit honore, & reuerentia receptis paratum nos obtulimus,ac libentiſſimè offerimus ipſis parere,& in ipſorum obſeruantiam has concedendas duximus prout per præſentes concedimus,quas per Ducalem ſecretarium, & noſtrum ſubſcribi iuſſimus Dat. Cunei, die vigeſima octaua Septembris milleſimo quingenteſimo, quinquageſimo nono,per Senatum memoratum.de Maxini.

Supplica per l'Inibitione ſopra il fatto delle merci.

SEreniſſimo Prencipe narranno li ſindici della fideliſſima Città di Cuneo,à V. A. qualmente non oſtante il priuilegio che ha piaciuto,à V.A.concedergli che doueſſero gl'huomini d'eſſa Città ſopra tutto il ſtato di V. A. eſſere franche d'ogni datio, & gabella, però queſti giorni paſſati andando li mercadanti d'eſſa Città in volta cõ mercantie ſono ſtati aſtretti dalle ſottoſcritte terre à pagar i datij, & Gabelle non oſtante che gli fu preſentato, à tutti vn authentico d'eſſo priuilegio, perilche aſſicurandoſi che la mente di V. A. è che ſiano oſſeruati li priuilegij li qualli ha piaciuto per ſua benignità concederli non ſolo da dette terre le quali ſono villa, Buſcha, Mondoui, Ceua,& Lagnaſco, inobediẽti ma per tutti i ſoi ſtati ſupplicano humilmente V. A. ſi degni farli vna noua prouiſione,e comandare che detti priuilegij ſiano inuiolabilmente oſſeruati,acio poſſano fruire di quel bene ch'ha piaciuto per ſua innata bontà a V. A. concedergli, o come a quella meglio piacera,la quale noſtro Sig.felice longamente conſerui.

Inhibitione per il fato delle merci. 14 Febraro 1561.

EManuel Filiberto per la Dio gratia Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte,&c. A tutti gl'officiali noſtri à chi le preſenti noſtre ſi preſentarano,ò vero alliloro locotenenti ſalute viſta la ſupplica qui alligata,e conſiderato il contenuto in eſſa, eſſendoſi molto moleſto che alli diletti noſtri ſupplicanti non venghino oſſeruate le immunità,& priuilegij, che per i meriti di la fidelta loro gl'hauemo conceſſi,& eſſendo noſtra determinata volontà che ſi come gli li hauemo meritamente donati coſi gli ſiano da ogniuno ſenza replica intieramente oſſeruati,vi ordiniamo e commettemo queſto effetto di noſtra certa ſcienza che di parte noſtra inhibiate,e comandiate alli retronominati luoghi è terre,& ad ogn'altri noſtri ſudditi, à chi fia biſogno, ſotto pena della diſgratia noſtra, & altra pena pecuniaria a noſtro arbitrio reſeruata che non ardiſcano ne preſumino da mo auanti eſiger, o far eſiger coſſa alchuna per il dacio o Gabelle delle mercantie,e robe de ſupplicanti de qual ſi voglia

glia ſorte che ſi ſiano, anci le laſciaranno liberamente e francamente paſſar ſenza eſatione alcuna conforme alla mente noſtra, & al tenor d'eſſi priuilegij noſtri e non faranno al contrario per quanto temerano incorrer le ſudette pene irremiſſibilmente che tal e il voler noſtro non oſtante ogni pretenſion, & allegation in contrario. Dat. nella Città noſtra di Nizza alli quatordece di Febraro del mille cinque cẽto ſeſſanta vno Emanuel Filibert viſta Stropiana Ferrerij.

Inſtrumentum pactorum inter participantes bealerie ronchorum,& participantes bealerie de Rabacinis, vel de Miglia. 21. Martii. 1556.

minum plantatum in capite prædicti foſſati abeſſumati procedere, & mirare debere ad quendam terminum plantatum in quadam poſſeſſione monialium Beatæ mariæ cellenouę propæ grangiam conſouerij prænominatam, & non ad prædictam rurem, vt dicitur cruce ſignatam apud nemus retronui. Quæ arbor ruris, & terminus lapideus qui ibidem ordinatum fuit apponi minimè reperitur, & ex hoc ceſſare debet ille ſecundus aſſertus terminus, negantes, equidem Bealeriam quam ipſi de Cuneo, appellant mini eſſe bealeriam veterem Bennarum eſſe ipſam Bealeriam bennarum ſed antiquitus eſſe bealeriam, Cęreſanę, & ſeu bealeria, quæ ab ipſa Cæreſana procedit, & procedebat, quam vt ſupra ipſi communitati Montiſregalis ſpectare dicebant, quodque etiam dicebant fines Montiſregalis ſe extendere, & protendere debere vſque ad & infra infraſcriptum tectum vallis pexij vbi & in quo dicebant alias fore plantatum, vnum magnum terminum lapideum diuidentem fines Montiſregalis, à finibus Cunei, & ipſum tectum forè pro maiori parte ſuper finibus Montiſregalis, atque etiam ipſas fines ſe extendere, vſque ad viam ſibonorum ſiue ſibonam, pluraque alia, & diuerſa hinc, & inde per ipſas ambas partes dicebantur allegabantur, & opponebantur ſuperque loco, & finibus contentioſis vbi pluries, & pluries inter fuerunt hinc, & inde ad hoc electi per prædictas ambas partes pro iplorum finium viſitatione fienda. Me iam dicto, & ſubſignato Antonino Mayna Notario ſemper præſente, equidem plura dicta replicata, & negata fuere: volentes itaque partes prædictæ, & affectantes vehementer, prędictas contentiones differentias, & finium oſcuritates ac alias quaſuis cauſas, ex ipſis quæſtionibus, & differentijs dependentes, & emergentes, & ſeu dependere, & emergere valentes potius, via amicabili ſedare concludere, & appunctuare, quam iuris rigorem atque ſtrepitum proſequi. Ecce igitur, quod tractatu in præſentiaque, & coram Illuſtri, & excellenti Domino Manfredo de Salucis Domino Cardeti ploci, &c. Gubernatore Montiſregalis, ac Magnifici Nicolai Taparelli, ex Dominis Genoliæ, Moderni Vicarij Cunei, & Mandamenti Digniſſimis Ducalibuſque conſiliarijs Ad hæc, & infraſcripta deputatis ſimul cum eis, & per eos euocato me Antonino Mayna Ducali cōmiſſario notarioque ſubſignato iam dicto ad formam iam dictæ ſibi ipſis factæ commiſſionis, de qua conſtat Ducalibus litteris debite ſigillatis, & per nobilē de Ruſcatijs Ducalem ſecretarium ſubſcriptis Taurini Dat. die vigeſima tertia proximè decurſi menſis Iulij, ad ſupplicationem communitatis, & hominum Montiſregalis obtentis quarum ſupplicationis, & literarum tenor in pede, & fine præſentis inſtrumenti eſt inſertus, necnon etiam noſtrū notariorum ſubſignatorum, perſonaliter conſtituti ſpectabiles, & generoſi iuris vtriuſque doctores Domini Ioannes Iacobus parpalea ex dominis reuigliaſchi iudex appellationum citra padum, Bernardus Fauzoni, & Girardinus Ferrerij necnon nobiles Raymondus Beccaria vice ſindicus pro Chriſtophoro Bonioannius de villa noua ſindico ciuitatis Montiſregalis, Paulus Fauzoni, gregorius Tricoli, Antonius Conſtantius Cimator, Antonius Voaſchi Franciſchus de Viualdis Octo Fauzonus atque etiam prouidi Martinus Toſchani, Antonius de Bruno, & Cōſtantius lingua omnes de Monteregali, & parte eiuſdem ciuitatis, & communitatis

nitatis ad infrascripta, & quæ subsequuntur electi, & assumpti constante de huiusmodi eorum electione potestate, & assumptione quatuor electionibus, per me Mathęum Donzelli etiam notarium submentionatum signatis, vt ex eis apparet, quarum prima sub die quarta mensis Augusti anno domini millesimo quingẽtesimo quarto, & vltima sub di Mercurij vndecima mensis Nouembris Anni Domini Millesimi qngẽtesimi sexti necnon spectabilis iuris vtriusq; Doctor Dominus Leonardus de grassis Nobiles, & Egregij Antonius Sachi cõsindicus, Ludouicus de Thomatis, Iacob⁹ Miglia Filipus Corui Petrus Taroni, & Ludouicus Verulfi, Burgenses Cunei, etiam ad infrascripta peragendũ, electi, & assumpti parte communitatis, & hominum Cunei, absentibus ad hęc eorum infirmitate causante Nobilibus Marenchino, Garroni, & Antonius paxerij etiam ad infrascripta electi constantibus equidem de huiusmodi corũ electione, & potestate testimonialibus literis per me Ludouicum Rabacini, etiam notarium subsignatum signatis, & extractis receptisque per Nobilem Raffaelem meum Fratrem sub die vigesima sexta mensis maii. Anni Domini, Millesimi quingentesimi quinti, nec non alijs testimonialibus per Nobilẽ Mercurinum de regibus receptis, & signatis sub die vigesima nona mensis Decembris. Anni Domini Millesimi quingentesimi sexti, quarum quidem omnium prædictarum electionum, & Montisregalis, & Cunei, tenor de verbo ad verbum equidem est insertus in fine præsentis instrumenti spontè, & ex certa eorum, & cuiuslibet ipsorum scien. eisque omnibus melioribus modo, via, iure, causa forma facto, & effectu, quibus melius potuerunt, & possunt per se se, & eorum hæredes, & successores quoscunque nomine, & vicę communitatum præfatarum omniumque, & singulorum particularium, & hominum earundẽ præsentium, & futurorum virtute prædictarum electionum, & potestatum præfatis, & ipsis hinc, & inde Dominis electis factarum, & attributarum singula singulis referendo, ad infrascripta itaque de & super præmissis eorum differentiis, & contentionibus ac ex eis emergentibus tractatu quorum supra intra se se deuenerũt deuenisseque volunt, & intendunt conuentiones pacta Diffinitiones limitationes mensuras terminorum plantationes transactionesque, & declarationes perpetuò valituras, & duraturas, quę subsequuntur. Et primo pro inchoatione huius laudabilis, & amicabilis conuentionis, & transactionis transigerunt, peppigerunt, & conuenerunt, Quod inter pdictas ambas partes, sit, & perpetuo duret vera pax, & sincerus amor prout inter consimiles ciues, & Burgenses esse debet.

Item ad effectum prædictarum conuentionum deuenientes, & declarationẽ earundem transigerunt peppigerunt conueneruntque, & declarauerunt, quod omnes termini apparentes, & seu lapides, vim & signa terminorum demonstrãtes plantatique, & errecti, & seu in terram submersi, qui & in futurum reperiri possent in finibus de quibus infra, & de quibus inter ipsas partes erat contentio nullius sint valoris, & efficacię, imo pro non plantatis, & erectis deinceps habeantur, & reputentur, & de illis neutra prædictarum partium quouis modo in futurum se iuuare vel aliter deffendere nisi per modum infrascriptum habeat vel aliter possit, & præsumat. Et quos terminos, & lapides prædictos. Infrascriptis

frascriptis, semper saluis ex nunc prout ex tunc pro nullis ac nullius valoris esse dixerunt ac declarauerunt excepto termino diu plantato in capite fossati capientis originem in campo abessumato de quo infra fit mentio. Et eo saluo, quod nisi tales termini comprobarentur aliquibus iuribus de nouo reperiendis per ipsas partes infra tempus decem annorum; infra limitatum, & declaratum.

Item conuenerunt transigeruntque, quod omnes lapides in prædictis finibus errecti, & plantati nunc apparentes pro terminis, & seu signis terminorum nunc amoueri extrahique, & seu transmutari habeãt à loco vbi nunc sunt imo illi hinc permaneant donec ad & quousque sit transactum tempus dictorum decem annorum de quibus infra fit mentio.

Item conuenerunt transigerunt declararuntque limitauerunt, & ordinauerunt primo plantari, & seu construi debere vnum magnum, & eminentem terminum seu pillonum, qui diuidat fines, à finibus in capite vnius viæ publicæ, quæ appellari solita est via Ghionorum per quam Itur à loco bennarum per directum ad tectum Fratrum vallis pexij, & quæ via Ghionorum trãsgreditur viam Monetam, & qui terminus plantetur, & plantari debeat in capitę eiusdẽ vię Ghionorum vbi fit transgressus prædictæ viæ Monetæ deuersus Beynetas, & Truchum Salleualent, qui quidem terminus miret per miram, & rectitudinem ad pedem eiusdem Truchi, superiorum Saleualent, & à pede ipsius Truchi distet, & distare habeat per mensuram spacio trabuchorum centum triginta duorum.

Item transigerunt, peppigerunt, & declarauerunt ordinaueruntque, & limitauerunt plantari, & construi debere alium, & secundum eminentem terminũ in via publica appellata via Cuniascha, & seu Margaritana per quam itur de Cuneo, ad Margaritam, & ecóuerso, quæ via Cuniascha trãsgreditur viã Ghionorum seu tecta pexij prædicti, & plantetur ipse terminus in prædicta via, & in loco per præfatos Dominos Commissarios iam designato, & ordinato prope & iuxta petiam vnam horti cõtiguam prædictæ vie Cuniaschæ seu Margaritanæ, & Ghionorum, à parte inferiori versus dictum tectum pexij, ita quod in dicto loco dictus terminus sit contiguus viæ Margaritanæ, & seu Cuniaschæ, & diffiniat ac limitet fines à finibus emiretque per miram, & rectitudinem ad prædictũ primũ terminũ in capite prædictæ vię Ghionorũ plantari ordinatum, & ab ipso termino distet recta linea, vt supra spacio trabuchorum centum octuaginta duorum, vel circa, & quia prędicta via Margaritana seu Cuniascha est magni transitus, & valde frequentata declarauerunt, & ordinauerunt in prædicto loco, vt præmittitur designatæ eiusdem vię, Cuniaschæ seu Margaritanæ, vt supra fieri, & debere constitui vnum pulchrum, & condecens oratorium habens duas facies positas, vnam deuersus Cuneum, & aliam deuersus Margaritam in cuius medio remaneat plantatus, & muratus terminus prædictus, qui hinc, & inde appareat.

Item declarauerunt transigerunt, & ordinauerunt, & conuenerunt prædictã viam Cuniascham, & seu Margaritanam, à prædicto termino, & seu oratorio, vt supra fiendo prout protendit tenendo versus Cuneum pleno iure spectare,

& perti-

& pertinere, ac esse debere omni cessante contradictione de iurisdictione, & Mandamẽto loci Cunei, ab ipso vero oratorio, & termino infra deuersus Margaritã sit ipsa via pleno iure de iurisdictione, & mandamento Montisregalis.

3. term. Item transigerunt declarauerunt limitauerunt, & ordinauerunt alium tertium terminum seu pillonum magnum, & eminentem, equidem diffinientem fines à finibus plantari erigi, & seu construi debere in quodam prędio nunc arratorio prædictorum Venerab. fratrum Vallis pexij, cui prædio cohærent prædicta via publica Ghionorum, & seu via per quam itur ad prædictum tectum pexij deuersus Beynetas, & quædam alia prædia ipsorum fratrum, & qui tertius terminus seu pillonus distet, & distare habeat à prędicto secundo termino, & seu oratorio, vt supra designato, & fiendo in prędicta via Cuniascha recta linea spacio Trabuchorum centum, & septuaginta quinq; vel circa.

4. term. Item vlterius prosequendo, transigerunt limitauerunt, & declarauerunt plantari alium, & quartum terminum seu pillonum magnum, & eminentem, qui etiam diffiniat fines, à finibus, in ortu, & in principio seu circa principium, & ortum descendendo vnius riui in paludibus nuncupati, riuus medianus, videlicet, à parte superiori ortus ipsius riui mediani, qui quartus terminus per miram, & rectitudinem distet, & distare habeat à tertio termino in prædicto prędio nunc arratorio plantando spacio trabuchorum centum, & triginta cum dimidio vel circa.

5. term. Item transigerunt conuenerunt, & Declarauerunt plantari alium, & quintum terminum, & seu Pillonum magnum, & eminentem in medio prædicti riui mediani, & vbi ipse riuus medianus cum omnib. aliis riuis riuulis, & aquis hinc & inde scaturientib. & exeuntibus, labentibus, & discurrentibus in vnum, & simul iunguntur, & conueniunt, qui quintus terminus, & seu Pillonus distet, & distare habeat per miram, & rectitudinem à prædicto quarto termino circa ortum prædicti mediani plantando spacio, trabuchorum centum, & sexaginta octo vel circa.

6. term. Item conuenerunt transigerunt declarauerunt, & limitauerunt plantari, & fieri debere alium, & sextum terminum magnum, & eminentem desubtus mollendinum, quod dicitur fuisse constructum per fratres vallis pexij, & videlicet vbi diuiditur, aqua prædictorum riuorum, & riuulorum ac bealerię labentis ad Mollendinum prędictum. Qui sextus terminus distet, & distare habeat à prædicto quinto termino, vt præmittitur plantando per miram, & rectitudinem spatio trabuchorum, ducentum, & octuaginta septem vel circa & cuius quidem bealerię prædictæ, & riuorũ, et riuulorum prædictorum vbi ordinatus est plantari sextus terminus prædictus vna pars aquę discurrit, et labitur versus morotium, et alia pars versus loca Montaneriæ, et Castelletti, quæ pars aquæ ipsius bealerię, et riuorum quæ discurrit versus prędicta loca Mõtanariæ, et Castelleti, appellatur, bealeria vetus bennarum siue rifforanum, vt ibidem dictum fuit.

7. term. Item transigerunt, et ordinauerunt vnam Turrim appellata Turris riborum siue de ribis in prænarratis actis et instrumentis, sępe nominatam quam nunc possidet cum quodã tenimento simul contiguo Stefanus Ghioni de Pip-

peragno

peragno fore, & esse ac haberi pro septimo termino inter prædictas partes ita quod dimidia pars ipsius Turris posita deuersus Castellettum, & Montanariam habeatur, & sit communitatis Cunei, & reliqua pars, & dimidia eiusdem prædictæ ciuitatis Montisregalis quodq; sextus terminus, vt præmittitur plantari ordinatus vbi sit diuisio prædictarũ aquarũ, vt supra miret, & mirare habeat de directo in medietate prædictæ Turris riborum, & distet à prædicta Turri, quę facit septimum terminum, vt supra spatio trabucorum tricentum, & triginta sex vel circa, & quia extat magna distantia à prędicto sexto termino ad prædictam Turrim, ordinauerunt plantari inter mediũ ipsius turris, & prædictũ sextum terminum alium terminum qui distet à prædicta turri trabuchos centum quadraginta septem vel circa. Quodque plantari debere super Ripa dictæ bealeriæ veteris bennarum seu rifforani deuersus Montęregalem, & ad indirectum, quare superioris ipsius turris alium terminum remanentem super territorio posito, & existente ab ipsa bealeria vsque ad turrim prædictã, & spatio eiusdem turris duran. deuersus Montęregalem de finibus ipsius ciuitatis Montisregalis, & bealeria prædicta in solidum communitati, & super finib. Cunei.

Item tranfigerunt, conuenerunt, & peppigerunt, & declarauerunt quod omnes aquę quæ scaturiuntur, & labuntur oriuntur, & discurrunt intrant, & descendunt ex p̃dicto riuo mediãno, ac alijs riuis riuulis simul, & in vnum conueniẽtibus, vt supra non ex prædicta bealeria molendini suprascripti sint, & esse debeant pleno iure spectareque, & pertinere prædictis ambabus partibus transigentibus de quibus ipse ambe partes contrahentes teneantur, & debeant infra festum Sancti Michaelis proximè venturi feciſſe duas æquales partes de subtus dictum molendinum, vt dicitur constructum per dictos fratres vallis pexij, vt supra dictum est, quarum altera sit ipsius ciuitatis Montisregalis, & altera prædictæ communitatis, & hominum Cunei, pro qua quidem diuisione aquarum fienda atque construendis Burchis topis saglis, ghicietis, alias pauimentis, & alijs necessariis præfati domini electi ex nunc constituerunt, & elegerunt videlicet nobilem Franciscũ della viualda Antonium Voaschi, & Ottonẽ Fauzoni pro parte Montisregalis ac no. Antonium paserium Petrum Taroni, & me Ludouicum Rabacini notarium subsignatum pro parte Cunei, ita quod quicquid per ipsos sex diuisores electos circa præmissa factum fuerit, & ordinatum seu per maiorem partem ipsorum id valeat, & teneat ita tamen, quod in præmissis semper interueniant duo de Monteregali, & duo de Cuneo.

Item transigerunt conuenerunt, & peppigerunt quod prædictæ aquæ riui mediani suorumque riuorum, & riuulorum ac, bealerię labentis ad prędictum molendinum non possint nec valeant per alteram ipsarum partium in præiuditium alterius partis transduci remoueri seu aliàs diuerti à solitis eorum alueis & iacis, nec fieri quouis modo tagliate seu fossati diuertentes ipsas aquas seu anichilantes vel retardantes earum discursum quinimo discurant, & discursum hẽre debeant omni reiecto impedimento per eius solitos alueos, & iaceos, & prout in præsentiarum discurrunt, & labuntur, & videlicet vsque ad locum superius expressum vbi fieri debet æqualis diuisio prædictarum aquarum.

Item peppigerunt transigerunt, & conuenerunt, & declarauerũt, quod quę-

dam

HAYDOBLIOTECA OH

dam bealeria,quæ appellatur,vt ſupra bealeria , vetus bennarum , & quæ originem capit, & deſcendit ex prædictis riuis,& riuulis, & bealeria molendinorum prædictorum,& quæ labitur,& diſcurrit propè,& retro prædictam turrim riborum ad fines locorum Caſtelleti,& Montaneriæ mandamenti Cunei, ſit, & eſſe debeat pleno iure ac inſolidum ſpectet ac ſpectare habeat à principio vſque ad finem eidem communitati,& hominibus Cunei,& quam Bealeriam vt ſupra dixerunt,& declarauerunt fore,& eſſe conſtructam , & poſitam inde & ſuper finibus ac iuriſdictione,& mandamento prædicti loci Cunei. Ita quod per ipſos homines de Monteregali,& mandamento nec alter ipſorum præter beneplacitum,& conſenſum præfatæ cõmunitatis,& hominũ Cunei, non poſſit aqua prædictæ bealerie in totum nec pro parte capi nec diuerti , à ſuo ſolito alueo,& iacio minuſque impedire , & occupari eiuſdem bealerie diſcurſus & aqueductus,

Item ad vlteriora procedentes tranſigerunt peppigerunt conuenerunt , & declarauerunt conuenerunt,& limitauerunt apponi,& erigi,& conſtrui debere alium magnum,& eminentem lapidem pro mira , & rectitudine in quadam petia terrę nunc pratiua,quæ eſt fratrum conſouerij , & poſita propè , & extra dictam grangiam conſouerij vbi nunc eſt vnus magnus lapis fere ſubmerſus in terris,& ipſi petie prati cohęret via à tribus partibus,& bealeria molendinorum ipſorum fratrum conſouerii & quædam caſſina ſeu tectum ipſorum fratrum qui magnus lapis diſtet per menſuram à carra ſeu angulo inferiori nunc porte introitus ipſius grangię conſouerij ſpatio trabucorum quinquaginta nouem , & pedum duorum,& miret ipſe lapis ac reſpiciat de directo,ac recta linea vſque ad prædictam turrim riborum , & videlicet ad carram ſeu angulum inferiorem eiuſdem turris deuerſus prędictam bealeriam veterem bennarum qui angulus inferior prędictæ turris,& prędictus lapis , vt pręmittitur in prædicto prato plantandus ſibi ipſis inuicem recta linea mirare , & correſpõdere debeant pro deſignatione diſinitione,& limitatione prædictarum finium Montiſregalis,& Cunei.

Item tranſigerunt declarauerunt,& conuenerunt , quod attenta grandi diſtantia finium poſitorum , & exiſtentium à prędicta inferiori carra, & angulo turris riborum vſque ad prędictum lapidem in prędicto prato conſouerii plantando,& ad finem vt in futurum perpetuo appareat de diuiſione prædictorum finium à prędicta inferiori carra prędictę turris vſque ad prędictum lapidem erigendum in prędicto prato fieri debere vnã pulchram, & magnam tagliatã, & ſeu plantari pro terminis tot lapides,& pilloni quot fuerint opportuni,& diſtantes æquali diſtantia vel circa , et ſibi inuicem recta linea durantes,et correſpondentes ita quod euidenter appareat de diuiſione , et limitatione ipſorum finium.

Item conuenerunt tranſigerunt,et declarauerunt quod quicquid comprenditur continetur,et extat infra prędictos terminos deſignationes,et limitationes,vt pręmittitur factas à parte et deuerſus locum Cunei,ſeu loca Caſtelletti et Montanariæ ſit et eſſe debeat,et intelligatur, et pleno iure de cętero remaneant ipſi cõmunitati,et hominibus Cunei, ac de ſuper finibus, et territorio et

iuriſdictione

iuriſdictione ipſius loci quicquid vero comprehenditur & continetur intra dictos terminos deſignationes,& limitationes, vt ſupra factas a parte , & deuerſus ciuitatem Montisregalis, ſeu loca Morotij , & Margaritæ mandamenti eiuſdem ciuitatis ſit,& eſſe debeat , & intelligatur de cętero ac remaneant inde , & ſuper finibus & iuriſdictione , & territorio prædictæ ciuitatis Monrisregalis, ita quod inter prædictas communitates nihil remaneat commune etiam qnantum ad ius paſquandi beſtias , vel aliter prædicta bealeria veteri Bennarum,ſeu rifforani ſemper excepta , quæ ſemper ſit & eſſe intelligatur , vt ſuperius declaratum eſt poſita ac eſſe,de & ſuper finibus Cunei,& eius mandamento, vt ſupra, ſaluo quod etiam , & excepto quod illi de Monteregali poſſint eorum beſtias ducere ad bibendum in eadem bealeria veteri Bennarum impune non inferendo aliquod damnum.

Item tranſigerunt & conuenerunt, quod virtute præſentis concordiæ , & contractus intelligatur per Ipſas ambas partes fore & eſſe receſſum & derogatum hinc & inde, quantum ad ipſas prædictas partes, & earum quemlibet ſpectat & pertinet iure ſemper ſaluo Illuſtriſſimi Domini Domini noſtri Sabaudiæ Ducis, quibuſcunque literis ſupplicationibus ſententijs contractibus tranſactionibus appellationibus, & expenſis, nec non proceſſibus intitulationibus, accuſis & denuntiis atque condemnationibus, quibuſuis quæ ocaſione præmiſſorum vna pars alteri , & econtra agere proſequi, & petere,quouis modo potuiſſet,& poſſet præmiſſis & infraſcriptis omnibus ſemper ſaluis.

Item tranſigerunt, & conuenerunt quod ipſe partes non poſſint, nec valeãt de ipſis aquis , vt ſupra limitatis , nec eorum diſcurſus, nec aliqua earum parte vendere ſeu contractum facere in aliquam perſonam eccleſiaſticam , vel alias priuilegiatam, & quæ non ſubijciatur oneribus prædictæ ciuitatis , & loci Cunei, & eorum mandamenti ſingula ſingulis referendo, quod ſi ſecus factum fuerit talis contractus , & venditio nulla nulliusq; valoris ſit , & momenti.

Item magis conuenerunt & tranſigerunt , vt obuietur futuris obſcuritatibus quæſtionibusq; & differentiis,quæ inter ipſas partes oriri poſſent de effectu minus debitæ erectionis & plantationis prædictorum terminorum , prout iam in præſentiarum & in præterito euenit , quod in locis locorum , vbi ordinatum fuit plantari terminos , & ſeu pilones prædictos pro diſinitione finium prædictorum ibidem in quomodolibet ipſorum locorum , & ſecundum limitationem , & diſtantiam prædictam communibus ſumptibus , & expenſis ipſarum partium erigi , conſtrui , & fabricari debere ad perpetuam, & euidentem rei memoriam, ipſos terminos , & ſeu pilones magnos & altos a terra , prout melius viſum fuerit plantatoribus ad hæc deputatis, & pro plantatione ipſorum terminorũ, ipſe ambę partes ex nunc elegerunt & deputarũt ſuperius nominatos ad diuiſionem aquarum deputatos. Ita quod quidquid per ipſos deputatos,ſeu maiorem partem ipſorum interueniẽtibus ſemper duobus de Mõteregali , & duobus de Cuneo factum & plantatum , ac terminatum fuerit , id valeat & teneat , & quæ plantatio terminorum fieri debeat per ipſos deputatos, ſeu maiorem partem eorumdem, vt ſupra infra feſtum Sancti Martini proximè venturi,

Item conuenerunt, & tranſigerunt, quod ſi prædicta ciuitas Montisregalis, ſeu pro ea agentes haberet vel habere poſſet, ſeu aliàs edocere de aliquibus aliis iuribus, ſcripturis, ſeu inſtrumentis publicis, præterquam ſuperius expreſſis, et narratis videlicet infra decem annos proximè venturos hodie inchoandos & pari die ipſis reuolutis finiendos, quod per huiuſmodi tranſlationem, & conuentionem non intelligatur ipſis iuribus, & inſtrumentis, ſic vt præmittitur nouiter habitis derogatum, nec reſpectu proprietatis, nec poſſeſſionis, imo remaneãt ipſa iura, & inſtrumenta præſenti inſtrumento tranſactionis non obſtante in ſuis robore, & efficacia, & de illis ipſa ciuitas, & pro ea agentes ſe iuuare, & defendere poſſint, dummodo de ipſis iuribus legitime edocuerint infra prædictum tempus, quod ſi non fecerint ipſa talia iura, & inſtrumenta ipſis decem annis priùs tranſactis ſint nulla nulliuſq; valoris & momenti, & de illis minimè ſe iuuari poſſint, quinimo perpetuo, firma, valida, & in robore permaneant omnia vniuerſa, & ſingula in præſenti inſtrumento tranſactionis contenta, conuenta, declarata, limitata, deſignata, expreſſa, tranſacta, reſeruata, & deſcripta, & ita prout ſuperius declaratum, & reſeruatum eſt pro ciuitate, & hominibus Montisregalis pariter intelligatur, & ſit declaratum reſeruatumq; per prædictum tempus in fauorem præfatæ communitatis, & hominum Cunei modo, & forma ſuperius expreſſis.

Item conuenerunt, quod prædictæ ambę partes teneantur, & debeant omnia contenta deſcripta & narrata in præſenti inſtrumento tranſactionis debitè approbari facere videlicet ipſi de Monteregali per conſilium ipſius ciuitatis Montisregalis, & ipſi de Cuneo per conſilium ipſius loci Cunei in forma debita, & publica eidem faciendo in iudicio, & extra infra feſtum Sancti Michaelis proximè venturum, vt ſupra expreſſum eſt.

Item conuenerunt, quod communitas Montisregalis pariter & communitas Cunei teneantur & debeant, & ipſarum quælibet teneatur in caſu ſuo ſingula ſingulis referendo, & ſuis proprijs ſumptibus aboleri annulari, & cancellari, facere omnes proceſſus inquiſitiones ciuiles, & criminales acuſaſq; & denuntias, tam penden. decretatas, quam etiam condemnatas, reſpectu finium præd ctorũ, & vt præmittitur limitatorum, & vſque in hodiernum factas contra, & in particulares perſonas, & beſtiamina cuiuſlibet earundem cõmunitatum & mandamenti earundem, & quos proceſſus, inquiſitiones, denuncias, accuſas, tam pendentes, quam deciſas, ſeu alias condemnatas, vel declaratas, ſaluo ſemper iure Illuſtriſſimi Domini, Domini noſtri Ducis prædictæ ambæ partes contrahentes, & quæ libet earum nominibus præmiſſis, in quantum ad eas ſpectat, caſſarunt, & annullarunt illasq; & illos voluerunt, & volunt fuiſſe, & eſſe nullius valoris efficaciæ & momenti, acſi & perinde nunquam firmatæ, inſtitutæ & factæ fuiſſent.

Item conuenerunt & declarauerunt, quod ſi a caſu cuiuſuis generis hominum ipſius ciuitatis Montisregalis, & mandamenti damnum, quoduis inferrent in futurum in prædijs exiſtentibus circum circa terminos, & limites ſuperius declaratos, & reſtantibus & inſuper finibus Cunei, & pariter illi de Cuneo, & mandamento in prædiis exiſtentibus, vt ſupra & remanentibus ſuper finibus

finibus Montisregalis, et mandamenti incurrant, et ſint in bannum quod incurrerent, videlicet illi de Cuneo in loco Cunei, et econuerſo, nec vlterius puniri poſſint, ſaluo ſemper iure Illuſtriſſimi Domini Domini noſtri Sabaudiæ Ducis.

Item conuenerunt, quod homines Montisregalis, et mandamenti pro fructibus, et victualibus perceptis et percipiendis per ipſos homines Montisregalis, et mandamenti in prędijs infraſcripti tecti fratrum vallis Pexij ſcitis, et reſtantibus ſuper finibus indubitatis & ſuperius limitatis ciuitatis Montisregalis pro ipſis fructibus, & victualibus non teneantur ad aliquam conſignationem aliquarum gabellarum communitatis Cunei, etiam ſi ipſa victualia retraherentur & reponerentur in prædicto tecto, ſeu grangia prædictorum fratrum poſitam ſuper finibus Cunei nuncupatis tectum fratrum Vallis Pexij, vt ſupra in & pro aliis vere fructibus & victualibus perceptis, & percipiendis in prædiis, & poſſeſſionibus dicti tecti ipſorum fratrum reſtantibus, & poſitis ſuper finibus Cunei obſeruentur & obſeruari debeant iura, conſuetudines, & ſtili, circa conſignationem, & ſolutionem gabellarum, hactenus vſitatas & vſitata, ac vſitati, quæ omnia & ſingula ſupra, & infraſcripta, & in præſenti inſtrumento contenta, narrata, & deſcripta prædictæ ambæ partes contrahentes & quęlibet earum ſingula ſingulis referendo, Dixerunt, & quælibet ipſarum dixit fore, & eſſe vera, eaque omnia & vniuerſa vna pars alteri, & econuerſo ſolemnibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus virtute electionis, & poteſtatis ab & eorum cuilibet, vt præmittitur attributæ perpetuo attendere & obſeruare promiſit, & in nullo eorum contrauenire per ſe ſe vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa ingenio de iure vel de facto medio eorumdẽ dominorum electorum tranſigentium ſuperius nominatorum, & cuiuſlibet eorum iuramento tactis corporaliter ſcripturis præſtito in manibus, & ad delationem noſtrorum notariorum ſubſignatorum, ſubq; obligatione, & hipotheca omnium, & ſingulorum bonorum præfatarum communitatum, & cuiuſlibet earum ſingula ſingulis referendo mobilium & immobilium, pręſentium, & futurorum refectioneq; damnorum omnium expenſarum, & intereſſe litis, & extra renuntiando exceptioni prædictarum narratarũ quæſtionum, tranſactionum, pactorum, limitationum, deſignationum, reſeruationumq; & omnium aliorum præmiſſorum, & in præſenti inſtrumento comprehenſorum, & deſcriptorum non ſic, vt præmittitur dictorum, & factorum, & plus fuiſſe dictum, quam ſcriptum, vel econtra doliq; mali vis metus in factum actioni, condictioni indebiti ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa læſionis enormis, & ſeu enormiſſimę ac reſtitutionis integrum informatæ dictæ partes, vt dixerũt de iuribus prędictarum communitatum, & omni alii iuris, & legum auxilio, quo, ſeu quibus contra præmiſſa, ſeu præmiſſorum aliquod altera prædictarum partium venire, ſeu aliàs ſe iuuare poſſet, quibus quidem omnibus, vt præmittitur narratis deſcriptis, tranſactis, conuentis, & in præſenti publico inſtrumento contentis præfati Illuſtris Dominus Cardetti, ac Magnificus Dominus Nicolaus ex dominis Gennolæ Commiſſarij Ducales ſuperius mentionati, ſedendo pro tribunali, ſuper vno paruo banco in eadem capella poſito, quod quoad infraſcri

pta peragendum, & ad hunc actum pro suo elegerunt tribunali tanquam rittè recteque & debite gestis ac requisiti virtute præfatarum Ducalium, & commissionalium litterarum prætatæ Ducalis celsitudinis,& ipsorum dominorum commissariorum authoritatem interposuerunt pariter,& decretum,& de quibus omnibus,& singulis,præfati domini electi Montisregalis, & Cunei, contrahentes,& quilibet ipsorum pro interesse ambarum partium, & cuiuslibet earum,& ne defectu notariorum præsens instrumentum deperdatur, ita quod si per vnum nostrum deperderetur prout aliàs euenit, & eueniri solet apud alium reperiri, & haberi possit ad eternam rei memoriam, rogauerunt mihi equidem Antonio Mayne notario publico Ducalique commissario iàm dicto & subsignato necnon ipsi de Monteregali mihi Matheo donzelli iam dicto ꝓ parte eiusdem ciuitatis necnon præfati domini electi Cunienses mihi Ludouico Rabacini etiam superius mentionato pro parte ipsorum de Cuneo,publica fieri instra vnius,& eiusdem tenoris dictamine sapientis si fuerit opportunum. acta fuerunt hæc & præmissa omnia super finibus Cunei, & in dicta grangia venerabilium fratrum Beatę mariæ vallis pexij ordinis cartusiensis appellata, vt supra tectum pexii,& in capella in Dicto tecto posita anno Domini millesimo quingentesimo septimo inditione decima,& die sex decima mensis augusti præsentibus ad hæc omnia nobilibus Antonio de Accilio Gabrielle de Bernetio,Iacobino Loueria,& prouido Bernardino Sallomonis de Cuneo, egregio Bertino Marruchi notario de podiuarino, Petrino Garnerij ,de Bargijs Thoma Doatti de Genolla ac Stephano Scola,& Iuuenali viala de Monteregali pro testibus adhibitis,& vocatis.

Sequitur Tenor supplicationis, & litterarum commissionalium prædictarum.

CElsitvdini Ducali exponitur humiliter parte communitatis,& hominum ciuitatis Montisregalis sicuti vertitur lis, & differentia inter communitatem prædictam Montisregalis,& communitatem loci Cunei, ad causam & occasionē finium earundem communitatum præsertim quia ipsi de Cuneo,intendunt cōmunitatem, & homines Montisregalis teneri ad consignationem fructuum qui recolligentur,& capientur in possessione grangię vallis pexij,quæ partim asseritur esse super finibus Cunei,& partim super finibus Montisregalis,& licet communitas ipsa Montisregalis causam ipsam sępe,& sępius remisserit aliquibus electis, summariè cum ipsis de Cuneo, terminandam, & aponctuandam vt ipsa communitas expensis non frustaretur nihilominus causa ipsa hactenus terminari non potuit: verum ipsi de Cuneo, eandem communitatem traxerunt in causam præmissorum prætextu, & conātur eam molestare indebite,& iniustè,& quia communitas ipsa Montisregalis cupit obuiare controuersiis, & expensas litigiorum fugere ac causam ipsam summariè appunctuari , vt scandala non eueniant inter eas communitates, quæ

quæ sunt vicinæ: eapropter supplicat humiliter inhibere egregio Mayne commissario Ducali cui causa prætata fuit commissa ne in ipsa causa vlterius procedat,& committi Illustri Domino gubernatori dictæ ciuitatis ac Vicario loci Cunei,vel quibus videbitur,quatenus ad loca dictorum finium se se transferre habeat & intellecta causa summariè easdem communitates appunctuare, & ipsi causæ finem totaliter imponere,& sic vel aliter prout ipsi excellen. melius, & sanctius fore fiendum videbitur,quam conseruet altissimus.

Tenor litterarum.

Arolvs Dvx Sabavdiae &c. Benedilecto fideli consiliario, & Cambellano nostro Manfredo de Saluciis Domino Cardetti Gubernatori Montisregalis, necnon Vicario Cunei,seu ipsorum locumtenentibus salutem: visa supplicatione præsentibus annexa, & eius considerato tenore, vobis duobus attente committimus,& mandamus,quatenus vos inuicem conuenientes de & super materia disceptationis finium de quibus supplicatur vocato Antonino Mayne commissario ibidem nominato cum informationibus,& aliis circa hanc materiam hactenus expletis vocatisque inchinde pro communitatibus ambarum partium agentibus,& aliis,qui vobis vi debuntur opportunius prouideatis partes ipsas seu pro eis agentes audiatis, & iura earum informationesque,& expleta prædicta ac conuentiones mutuas visitetis appunctuetisque declaretis concordetis limitetis terminos, & limites plantari faciatis prout equè,& rationabiliter fiendum esse videbitur, & vlterius,quia intelleximus quod inter easdem partes exoritur differentia super cō signatione fructuum tecti vallis pixii, & extracta granorum, hoc ideo vobis hanc rei consignationē remittimus atque committimus,vt auditis partibus,& visis prædictis informationibus, & expletis cognoscatis declaretis ordinetis appunctuetis mādetis,& faciatis prout eque rationabiliter esse videbitur,quoniam quicquid per vos circa hęc cognitum,& declaratum etiam actum fuerit id per partes & alios quorum interierit inconcusse obseruari facimus. Interea vero ad vlteriores informationes sumendas nec ad alios actus per Antonium Maynam prædictum vel alios commissarios vllactenus procedi volumus, & ne id fiat eisdem commissariis sub pœna centum librarum fortium pro quolibet expresse prohibemus,verum si forsitan super præmissis concordium seu appunctuamentum per vos fieri non poterit,eo casu ipsi commissarii ad sumendas prædictas informationes procedere poterunt iuxta formam commissionis eis factæ,quas inde consilio nobiscum ordinarie residenti seu canzellario nostro deferant seu mittant remittendo partes quarum interierit ad aliquam diem omnia illarum publicationem,& opportunam prouisionem seu appunctuamentum concedi,& fieri visurum,& auditurum nos enim vobis duobus,in præmissis,& circa vltra vestram ordinariam plenam potestatem, & vices nostras

HAYNE & BIANCO

ſtras præſentibus impartimur ab omnib. pareri, volentes cum & ſine pœnis, veluti nobis. Dat. Taurini nobis abſentibus, quia ſic fieri iuſſimus, noſtri abſentia non obſtante die vigeſima tertia Iulij Milleſimo quingenteſimo ſeptimo. per Dominum Relatione Dominorũ Reuerendi Amedei de Romagnano epiſcopi Montiſregalis Canzellarij Sabaudiæ, Angelini Prouane præſidis patrimonialis, Petri Agaciæ, Ludouici de Vignate Auguſtini de Azelio, Fraciſchi Prouane Deffenden. de pectenatis aduocati Fiſcalis. de Ruſcatis.

Tenor Relationis.

ANno Retroſcripto, & die vigeſima nona menſis Iulij Ioannes Petitres nuncius, publicus, & iuratus curię Montiſregalis retulit mihi notario infraſcripto ſe heri ad inſtantiam retroſcriptam fuiſſe ad locum Caſtelleti, & Mõtaneriæ, & portaſſe copiam retroſcriptarum litterarum egregio Antonino Mayne commiſſario communitatis Cunei, & præciſe ad locum, in quo ſolebat habitare, & ipſo non reperto adhuc acceſſiſſe ad locum Cunei pro ipſo reperiendo, & ibidẽ non reperto copiam ipſarum retroſcriptarum litterarum dediſſe ſindico ipſius loci Cunei, & eiſdem inhibuiſſe, & præcepiſſe in omnibus, & per omnia prout in retroſcriptis literis continetur. Ioannes Michael Paghanus. Sequitur tenor prædictarum quatuor electionum parte ciuitatis, & hominum Montiſregalis factarum milleſimo quingenteſimo, quarto die quarta menſis Auguſti in pleno, & generali conſilio communitatis, & hominum ciuitatis Montiſregalis hodie ſolemniter cellebrato in palatio epiſcopali dictæ ciuitatis ſono tube, & campanę, vt moris eſt, Illuſtris Dominus Gubernator petijt ſibi conſilium exiberi ſuper infraſcriptis propoſitis, & primo cum &c.

Item cum multi circunſtantes, & vicini finium præſentis ciuitatis occupare conentur de territorio pertinenti ipſi communitati adeo, quod bealeria magliani iam videtur capi extra confines fueritque cauſa dictorum finium multoties iam commiſſa nonnullis ciuibus præſentis ciuitatis placeat conſilio, p uidere de electis aliquorũ, qui præmiſſa executioni mandare habeant itẽ, &c. eo die, & poſt præmiſſa incontinenti in cujus quidẽ conſilij reformatione, &c. ſuper facto ſecundæ propoſitę mentionem faciente de finibus ciuitatis, quos conantur occupare vicini, & circunſtantes præſentis ciuitatis habita conſultatione, & dato partito, vt ſupra placuit omnibus albis ſex nigris in contrarium exceptis, quod in præſenti conſilio elligantur, viri infraſcripti cum dominis quatuor electis ſuper communibus prædijs diuiſis qui habeant ſe ſe tranferre ſuper omnibus finibus præſentis ciuitatis, quos vſurpare conantur ipſi vicini dando omnimodam poteſtatem declarandi ipſos fines, & plantandi terminos, & alia omnia facere, quæ in præmiſſis videbuntur ipſis neceſſaria, & oppor tuna, & quicquid &c. Nomina adiunctorum cum ſupraſcriptis dominis quatuor ſunt hæc Antonius conſtantius Cimator octo Fauzoni, Voaſchinus Voaſchi

ſchi Franciſcus de Viualdis, Michael Ambroſius Biglioni, Conſtantius Lingua Donzelli. tenor alterius electionis ex prædictis quatuor, Milleſimo quingenteſimo ſexto. Die lune, decima octaua Octobris, congregati hodie infraſcripti Domini ſindicus, & gubernatores ciuitatis Montiſregalis in loco ſolito, ſono tubæ & Campanæ, vt moris eſt ante præſentiã ſpectabilis domini Iudicis, & locumtenentis, quorum nomina ſunt hęc Martinus Toſchani, ſindicus ſpectabilis Dominus Ghilardinus Ferrerii loco Pauli Cigne, Glaudius cimator loco Bartholamei de Vitali, Hieronimus Donzelli loco Bartholamei de Prierio, ſpectabilis Dominus Ioannes Iacobus Parpaglia loco Pauli Marenchi, Ludouicus Tricoli, Raymondus Beccaria loco Ludouici Beccariæ, in quo quidem numero nobilis Antonius Maina Ducalis commiſſarius exhibuit literas ſuæ commiſſionis ad cauſam finium ciuitatis, & eorum differentiis cum finibus Cunei requirens, & monens ſindicum, & gubernatores ad diem vigeſimam ſecundam, vigeſimam quartam, vigeſimam ſextam, & vigeſimam huius ad comparendum in loco Bouiſij coram ipſo Domino commiſſario, & ſcriba, et tunc opponendum et exercendum contenta in ſupplicatione et literis Ducalibus obtentis parte illorum de Cuneo ad cauſam dictorum finium aliàs, &c. et prout in literis, &c. et domini ſupraſcripti ordinauerunt, quod ſindicus capiat electos ad cauſam finium, vel alios qui videbuntur experti, vnà cum ſecretario communitatis, et accedant ſuper loco finium, ac videant ſi poſſint ſedari ipſæ diferentiæ, ac faciant, prout videbitur oportunum. Donzelli. Tenor alterius electionis ex prædictis, Milleſimo quingenteſimo ſexto, die veneris penultima Octobris, congregati hodie infraſcripti Domini ſindicus, et gubernatores ciuitatis Montisregalis, in palatio habitationis Illuſtris Domini gubernatoris ſono tubæ, et campanæ, vt moris eſt ante pręſentiam ſpectabilis Domini Iudicis et locumtenentis, quorum nomina ſunt hæc Martinus Toſcani ſindicus, Bartholameus de Vitali, Baldeſar de Ponte loco Bartholamæi de Prierio, Baldeſar Badinus loco pauli Cigne, Heuſtachius de Valle loco Ludouici more Frãciſcus de Viualdis loco Voaſchini Voaſchi, Gullielmus Duninetus, Paulus marenchi ſpectabilis D. Gullielmus Garbena vna conſocij electi ad eundum ſuper finibus Riforani, præſentis ciuitatis pro cauſa finium cum hominibus Cunei ſuã retulit legationem, et geſta per eos cum dictis de Cuneo, et concluſiue fuiſſe ipſam cauſam commiſſam certis ciuibus præſentis ciuitatis, ſine ſcriptis, qui habeant tractare et concordare factum ipſorum finium habito tamen colloquio cum aliis ciuibus, et demum quod fieret tranſactio inter cõitatem noſtram, et loci Cunei, qui electi fuerunt hii ſcilicet nobiles Burghus Ferreri, Antonius Voaſchi Gregorius Tricoli, et Petrinus de Caſtrutio, et Domini gubernatores ordinauerunt, quod ipſi ſuperius electi accedant et pariter nobiles Ludouicus Tricoli, Antonius Conſtantius cimator, et Conſtantius Lingua qui ſunt informati de ipſis finibus approban. iornalia ipſorum electorum Donzelli. Tenor alterius electionis ex prædictis quatuor milleſimo quingenteſimo ſexto, die mercurii, vndecima Nouembris congregati, hodie infraſcripti Domini ſindicus, et gubernatores et adiuncti ciuitatis Montisregalis in palatio habitationis Illuſtris

Iustris Domini gubernatoris sono tubæ, et campanæ vt moris est ante præsen
tiam Illustris Domini gubernatoris, quorum nomina sunt hæc Martinus To-
schani sindicus, Glaudius cimator loco Bartolamei de Vitalis, Baldasar Ba-
dinus loco Pauli Cigne Heustachius de Valle loco Ludouici More Franciscus
de Viualdis loco Gulielmi Deunitio, Gregorius Tricoli loco Ludouici Trico
li, Paulus Marenchi, Antonius Caualerii loco Ludouici Beccariæ. nomina a-
diunctorum sunt hæc spectabilis Dominus Guilardinus Ferrerius, Spectabilis
Dominus Gulielmus Garbona, Antonius Voaschi, Constantius de Moglio-
ris, Michael Georgius de Morotio, Ioanninus Toscanus, In quo quidem nu-
mero nobiles Gregorius Tricoli, Antonius Voaschi & cæteri electi ad causam
finium Riforani cum hominibus Cunei declarandis retulerunt sese transtuli-
sse super loco, & quod homines Cunei contentantur stare nouæ vel veteri tran
sactioni cum ipsis factę pro dicta causa, prout communitati placuerit, & requi-
rendo prouideri, &c. & Domini suprascripti ordinauerunt, quod spectabilis
Dominus Gullielmus Garbena, Michael Georgius de Morotio, Constantius
Lingua, & Antonius de Bruno, vna cum suprascriptis iam electis a sindici ac-
cedant super loco, concordent appuntuēt transigant, & plantent terminos,
prout melius eis fore fiendum videbitur, & quicquid &c. Donzelli. Sequit te-
nor electionis prædictæ parte præfatæ communitatis Cunei factæ in nomine
Domini amen, anno eiusdem domini millesimo qningentesimo quinto, indi-
tione octaua, die vigesima sexta mensis Maij, vniuersis harum serie fiat mani-
festum, quod conuocato, & congregato consilio communitatis & hominum
Cunei, sono campanæ, & voce præconia, prout moris est, in palatio, & seu do
mo dictæ vniuersitatis de mandato, ac in præsentia spectabilis Iuris vtriusque
Doctoris Domini Ioannis Baptistæ de aduocatis ciuis Vercellensis, & ex Do-
minis Valdēgi honorandi Iudicis Cunei, & eiusdem mandamenti, & ad instā-
tiam nobilis Ludouici Rabacini, & egregij Antonii Sachi sindicorum dictæ
communitatis, qui sindici sindicario nomine præmisso ipsum consilium sibi
dari, & concedi petierunt pro rebus & causis, de quibus infra ordinandis, & có
cludendis, Et primo exposuerunt ipsi sindici præfato Domino Iudici & cre-
dendariis, quod homines ciuitatis Montisregalis, & seu de eius mandamento,
quærunt & nituntur de facto, omniq; iuris ordine prætermisso sibi ipsis apro-
priare quosdam fines eiusdem communitatis Cunei positos deuersus Beinetas
atque locum Margaritæ, & Morotii descendendo versus grangiam Conso-
uerij, & seu alios positos loco dicto in Rifforano vna etiam cum aquis aquæ-
ductibus, & discursibus aquarum scaturientium & procedentium ex dictis fi-
nibus, qui tamen fines vna cum earum aquis, & aquarum discursibus præ-
dictis semper fuerunt, & sunt ac pleno iure spectant præfatæ communitati Cu
nei, vt latius apparent instrumentis publicis, & transactionibus super hoc con-
fectis, ad quę habeatur relatio, & quos fines ipsa communitas ad formam prædi
ctorum instrumentorum & transactionum tenuit, & possedit in præsentia-
rumq; tenet & possidet, quodq; ipsi de Monteregali, & seu officiales eorum
hominibus Castelleti, & Montaneriæ diuersas, & graues inferunt molestias
bestiarum suarum, prætextu depascentium & pasturantium in prædictis fini-

bus

bus. Quos homines per arrestа, & detentionem personarum atque captio-
nē, & abductionem eorundem bestiarum cogunt atq; compellunt ad solutio-
nem quorundam assertorum bannorum, quod minime fieri, & tollerari debet,
& licet aliàs suscitata fuerit dictorum finium materia contra eosdem de Mon-
teregali, quæ nunquam extincta fuit petunt, & requirunt hoc ideo ipsi domi-
ni sindici super præmissis talliter prouideri quod indemnitati præfatę commu
nitatis Cunei, & suorum iurisdictionalium appareat esse reparatum, atque de-
bitē prouisum. in cuius quidem consilij congregatione, in qua aderant, & in-
terfuerūt prænominati Nobilis Ludouicus Rabacinus, & egregius Antonius
Sachi sindici spectabiles iuris vtriusque Doctores Domini Bernardus grassi, &
Io. Antonius Ferrerij, Nobilesque, & egregij Ioannes Antonius, De Monte-
mollo Iacob. miglia, Georgius Rubati Petrus Taroni Ioannes Franciscus fari-
ma Bernardinus margaria, Ianetus Graffioni Georgius Borrelli Matheus Be-
nexia Bernardinus Bollerij Lazarus Bochabiancha, Antonius Paserij Ioan-
nes Ludouicus Malopera Ludouicus Veruffi, Ludouicus de Vgarijs Bertinus
Becceri comens Corui, Ioannes amistatę, & Bartholomæus de forficib. omnes
ex prædictis credendarijs prædictæ vniuersitatis facientes ac repræsentantes
vltra quam duas partes ac sufficientē numerum eorundem, & ipsum totum cō
silium reintegrantes, & nemine ipsorum discrepante ac omnes vnanimes & cō
cordes audita suprascripta proposita facta per suprascriptos sindicos fuit or-
dinatum, & conclusum prout infra, quod volentes homines iurisdictionem,
atque territorium Cunei, pro posse, vt eorum incumbit officio Illęsum, & de-
fensum reddere atque præseruare ad infrascripta ellegerunt deputarunt, & cō
stituerunt spectabiles iuris vtriusque doctores Dominos Leonardum de gras-
sis, & Io. Antonium Ferrerij, Nobiles, & egregios Ludouicum de Tomatis Ia-
cobum migliā Petrū Tarroni, Philippum Corui, & Antonium paserij, vna
cum sindicis, qui pro tempore fuerint, quibus sic electis tam præsentib. quam
absentibus me notario, & præfatæ communitatis scriba subsignatō nomine,
quorum interrerit præfati, de & super præmissis finium, & aquarum differen-
tijs, & contentionibus, vt præmittitur expositis ac ex illis, & earum altera quo-
modolibet dependen. emergen. & connexis dederunt, & concesserunt ple-
nam authoritatem, & posse nomine præfatæ communitatis requirendi quęre-
landi supplicandi litteras opportunas, & alia iuris remedia apud quos expe-
diens fuerit impetrandi, & obtinendi, & ad hoc etiam sollicitatores vnum, &
plures elligendi, & deputandi, & de æreque dictæ communitatis exponendi,
necnon cum communitate Montisregalis, seu ab ea, & per eam deputatis si ita
maluerit nomine iam dictæ communitatis, & hominum Cunei, compromittē-
di transigendi conueniendi paciscendi finesque, & aquas prædictas declaran-
di limitandi terminandi decidendiąue, & diffiniendi, prout eisdem Dominis
electis visum fuerit melius, hac tamē adiecta conditione, qđ si ipsi omnes ele-
cti in præmissis, et circa præmissa adesse nec interuenire possent, quod maior
pars earundem præmissa omnia facere, et adimplere valeat, et per ipsam maio
rem partem circa præmissa facta, et concluśa obtineant roboris firmitatem, et
veluti per ipsos omnes electos in eorum præsentia facta fuissent promittentes

 præfati

præfati credendarij nomine, & vice præfatæ communitatis ac sub obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum eisdem sese perpetuo habere ratum gratum, & validum omne id, & quicquid per præfatos Dominos electos & siue maiorem partem eorundem in præmissis, & circa dictum factum suppli, catum recursum obtentum expositum seu alias transactum conuentum concordatum promissum declaratum limitatum terminatum, & decisum quomodolibet fuerit, & in nullo eorum contrauenire ac si, & perinde per præfatum consilium, & communitatem totam Cunei, ita vt supra factum, & concluſum fuisset interuenientibus adhæc promissione debita de ipsos electos ratione præmissorum indemnes pariter, & illęsos releuando, & alijs clausulis in similibus, apponi consuetis: quam quidem reformationem consilij Cunei, ego Ludouicus Rabacini locumtenens nobilis Rafaelini Rabacini, scribę communitatis prædictæ, & in testimonium præmissorum hic me subscripsi cum appositione mei signi manualis. Ludouicus de Rabacinis. tenor alterius electionis. In nomine Domini amen Anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo sexto, & die vigesima nona mensis Decembris in congregatione generalis consilij communis, & hominum Cunei, celebrati in consiliaria magna Domus cõmunis sono càmpanæ, & voce præconia more solito de mandato, & licentia spectabilis Domini innocentij de Bolleris honorandi Vicarii Cunei, in quo consilio aderant nobilis Ludouicus Veruffi, consindicus, & egregius Petrus Taroni vice sindicus, & cæteri consiliarij in numero sufficienti, post quam plura alia consulta in præsentia præfati Domini Vicarij, quia in tractatu apponctuamenti fiendi cum communitate Montisregalis super differentia rifforani interfuerunt hactenus Nobiles Marenchinus Garroni, & Ludouicus Veruffi, tanquam sindici cum alijs electis per consilium Cunei, & nunc fungantur eorum officio sindicatus fuit, ordinatum, & concluſum, quod de cætero iterum, assistant ipsi Marenchinus, & Ludouicus cum alijs electis tanquam informati de ipso tractatu, & qui ex nunc particulariter adduntur cum cæteris nominatis cum eadem potestate cæteris data: quam concluſionem sumpsi scripsi, & leuaui ego Mercurianus, de regibus notarius, & scriba dicti consilii Cunei, & manualiter signaui: Mercurinus de reggibus.

Hoc Supraſcriptum instrumentum fuit receptum per tres notarios, & ab his subscriptum.

Primo Ab Antonio Mayna commiſſario Cunei.

Secundo A Ludouico Rabazini Burgenſe Cunei.

Tertio A Mathæo Donzelli De Monteregali.

Instru-

Instrumento de conuentione, & patti tra la communità di Cuneo, & la communita di Montanara, villa di essa communita di Cunio.

9. Marzo 1428.

IN nomine Domini amen Anno eiusdem Domini Millesimo quatercentesimo vigesimo octauo inditione sexta die nona mensis Marcij, actum in Cuneo, videlicet in domo Nobilis, Ioãnis de Bolleris præsentibus Barthomęino Cornuo Baptista Brocardo, & Antonio Delcodino omnibus de Cuneo, testibus ad infrascripta vocatis, & rogatis. Nouerit Modernorum præsentia, & succeſſura posteritas non ignoret, Quod cum diuersis temporibus retroactis locus seu villa Montaneriæ, iurisdictionis & districtus Cunei, propter guerras & alia imminentia pericula extiterit inhabitata, & personis denudata, adeo quòd communitas terræ Cunei, volens, & cupiens pro posse dictam villam Montaneriæ làudabiliter ad Dei Illustrissimique Domini nostri Sabaudię Ducis, & communitatis Cunei, honorem, & laudem habitare probis, & fidelibus personis, & hominibus de anno Domini Millesimo quatercentesimo vigesimo quarto inditione secunda, & die prima mensis Maij in cõsilio dicti loci Cunei, certos homines subditos Marchionatus Cęue, & cætero rum aliorum locorum recepit inhabitatores dicti loci Montanerię, quibus prę cedentibus homagio, & fidelitate præstitis prędicto Domino Duci, per eosdẽ in manibus spectabilis Petri de Belloforti tunc Vicarij Cunei, & districtus præfata communitas seu dictum consilium certa pacta franchisias conuentiones, & donationes fecerit eisdem compræhensas, & denotatas in quodam publico instrumento fieri rogato per galuagninum de galuagno, condam notarium, cumque prædictum instrumentum nõ reperiatur in protocollis dicti galuagnini notatum, licet facta fuerit de ipso instrumento in dictis protocollis, legitima perquisitio adeo q; in posterum propter hominum labilem memoriã posset dictæ villæ Montanerię in damnum reddundare nisi ipsa pacta, & conuentiones in formam reddigantur publici documenti ad æternam rei memoriam, prout hæc omnia partes infrascriptæ asseruerunt esse vera, hinc est, quòd Nobiles Ioannius Grassi, & Ludouicus Sordanelli, sindici dicti communis Cunei, vocatis secum nobilibus, & egregijs Ioanne de Bolleris, & Guliermo Petro paserij ipsorumque consilio participato ad infrascripta per agenda vigore potestatis eisdem attributæ, per generale consilium communis Cunei, celebratum de anno, & inditione præsentibus, & die mensis Februarij. Volentes pro securitate ipsorum habitatorum Montaneriæ, vt perpetuo constare possint dicta pacta renouare reficere, & de nouo conficere secundum relationem prædictorum Ioannis de Bolleris, & Gulielmi Petri Paserii ibidem præsentium volentium, & infrascripta pacta primis pactis consona esse refferentium instantibus, si quidem, & requirentibus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ

quirentibus probis uiris Oberto Stupino ſindico, & Petro Mariæ dicti loci Montaneriæ ad hoc electis & deputatis per conſilium eiuſdem Villæ, vt patet quadam ſcriptura per eos exhibita : cuius tenor, inferius eſt inſertus. Ad pacta promiſſiones & conuentiones infraſcriptas peruenerunt cũ prædictis Oberto, & Petro deputatis per dictos homines Montaneriæ, præſentibus & recipiẽtibus vice, & nomine hominum, & perſonarum habitantiũ in dicto loco Montaneriæ præſentialiter, ac omnium, & ſingulorũ ſucceſſorum ſuorum, quorum intereſt, vel intereſſe poterit in futurum. Quorum hominum nomina inferius deſcribuntur, Dominicus Dauclauarius filius Iohannis Dau de ſancto Albano, Manzanus Albertus Antonius Longanus, Mathæus Longanus, Mathæus Cota, Petrus Alauena de Garexio, Obertus de Sinfredo de Rochabaldorum, Antonius Vnda de Periola, Ioannes Gabianus, Antonius Boxius, Ioannes Stupinus, Obertus Stupinus, Iacobus Dreſcha, Bartholameus de Ponte, Petrus Maria de Caroſſono, Gulielmus Rubeus de Lixio, Gulielmus Bia, Aycardus Bia de Periola, Antonius Buffa de Ripolis, Antonius Richbonus de Monteregali, Ioannes Longanus de Montaneria, Bartholomeus Gote, Ioannes Lombarda de Montemalo, Guglielmorus Alleua de Cluſia, Chriſtophorus Ghigo de Gareſſio, Antonius Salꝰ de Gareſſio, Ioannes Canacia de Rochabaldorum, Antonius Sapinus de Periola, Gulielmus Morena de Olmeta, Garaſinus Romanus de Garexio, Chinus Gonella de Garexio, Gulliel. Gracianus Bergognus Margaria de Montemalo, Henricus Colona de Limono, Petrus Rolla de Molines, Antonius Caſter de Garexio, Henricus Sazia de Montemalo, Franciſcus Ghigo de Garexio, Franciſchinus Raquinus de Montebaſilio. Et primo quod dicti homines ſupranominati habitantes dictam villam habeant, & habere debeant, videlicet quilibet ipſorum ſedimen, ſeu locum vnius domus infra recetum ſeu fortalicium dicti loci, ſecundum ſortes iam factas de ipſis domibus, intra prædictos homines Montaneriæ, in quo ſedimen poſſint & valeant edificare pro libito eorum voluntatis, tamquam in eorum re propria. Item quod præfati homines, ſeu totum commune Montaneriæ habeant & habere debeant totum territorium finis Montaneriæ, quod quidem territorium diuidatur inter prædictos homines. Ita qđ quilibet ipſorum habeat iornatas quinquaginta terræ aratoriæ, iornatas decem prati, ſi & quatenus reperiantur in tanta quantitate non excedendo fines dicti loci Montaneriæ ſecundum ſortes, & diuiſiones iam factas de prædictis finibus intra prædictos homines, & fiendas. Item qđ prædicti homines, & ipſorum, quilibet habeant & habere debeant vnum Ayrale, extra fortalicium Montaneriæ, ſeu locum vnius ayralis prope dictum fortalicium, & vnum ortum, & vnum canapale, ſecundum qđ iam extitit diſpenſatum & aſſortitum inter eoſdem homines. Item qđ prædicti homines, ſeu communitas dicti loci Montaneriæ poſſint & valeant liberè & impunè facere & conſtruere furnum, molendinum paratorium, Reſiam, Batenderium, & omne aliud artificium in loco, & ripagijs Montaneriæ. Quę quidem ripagia, & flumina quæcunque diſcurrentia ſuper finibus dicti loci, vna cum dictis furnis, & aliis artificiis factis, & fiendis per prædictos homines Montaneriæ, infra tamen territorium prædictum ſint, &

eſſe

eſſe debeant dicti communis Montaneriæ, ſeu hominum ibidem habitantium communiter & eiſdem pertineant & ſpectent de cætero, & imperpetuum pleno iure, ſaluis tamen capitulis & conuentionibus infraſcriptis. Item qđ prædicti homines communiter habeant, & habere debeant, quaſcunque bealleria diſcurrentes ſuper dictis finibus ad omnem effectum ſibi vtiliorem non mutatis ſortibus prædictis. Item quod dicti homines habeant perpetuo territorium, domosq; ayralia ortos, & alia quæcunque ſupraſcripta. Saluis tamen capitulis & conuentionibus infraſcriptis. Item qđ communitas Cunei teneatur, & debeat conſtruere, ſeu eligere, & augumentare turrim dictæ villæ pro maiori ſecuritate eiuſdem, & hominum ibidem habitantium, ſaltem altitudine trium trabucorum de muro, ipſamq; turrim cooperire ſufficienter, & ſolaria eiuſdem, & alia quæ erunt neceſſaria dictæ turri facere condecenter quam primum commodè fieri poterit omnibus expenſis communis Cunei. Item quod dictum commune Cunei facere teneatur Reuellinum ante portam dictæ villæ de muro & portam ac pontem leuatorium de aſſidibus & trabibus cum caterenis ferreis ſufficienter, ſumptibus dicti cõis Cunei, ita vt ſupra hoĩes poſſint in d. villa ſecure manere ipſamq; tutius defendere & cuſtodire. Itẽ qđ præfati homines habitantes in dicta villa Montaneriæ ſint, & eſſe debeant, franchi, exenti, liberi, & immunes ab omnibus taleis, fodris, impoſitionibus, & aliis quibuſcunque oneribus realibus & perſonalibus ſpacio decem annorum a die celebratorum dictorum pactorum primorum, de anno milleſimo quatercentesimo vigeſimo quarto inchoatorum, & ſucceſſiue finien. de anno milleſimo quatercenteſimo trigeſimo quarto, & lapſis dictis decem annis teneantur prædicti homines de Montaneria, qui nunc habitãt, & qui pro tempore habitabunt ſoluere fodra, taleas, & alias impoſitiones quaſcunque ſecundum ordinationem & deliberationem conſilij Cunei, nec non perpetuo ſubeſſe iuriſdictioni Cunei, ac parere vicarijs Cunei præſenti futuris omniaq; alia facere adimplere, & obſeruare, prout faciunt, & facere tenentur cęteri homines villarum diſtrictus Cunei ſecũdum conuentiones, & capitula loci Cunei. Item qđ prædicti homines Montaneriæ teneantur & ſint aſtricti perpetuo & continuè ac ſui ſucceſſores & hęredes habitare & manſionem facere in dicta villa Montanerię cum ſua familia, nec poſſint ſe abſentare ocaſione manſionem faciendi in alia villa, vbicunque ſit, qđ ſi fecerint, ſeu ſe abſentauerint a dicta villa, ſeu manſionem continuam in eadem villa Montanerię non fecerint, tunc & eo caſu ammittant ipſo facto poſſeſſiones, domos a yralia ortos, & alia quęcunque bona eis peruenta, & tradita, vt prędmittitur per dictum commune Cunei, ſecundum ſortem cuiuſlibet dictorum hominum datam de dictis rebus, & poſſeſſionibus. Ita qđ dicta bona cuiuſcunque ſe, vt prędfertur abſentãtis a dicta villa Montanerię ipſo facto applicent, & remaneant ac pertineant & ſpectent pleno iure dicto communi Montaneriędiſpenſanda, & diſtribuenda aliis perſonis de nouo venien. ad habitandum in dicta villa ſecundum voluntatem, & ordinationem communis Cunei, & intelligatur, quem ſe abſentaſſe ſi extra territorium Montaneriæ permanſerit ſpatio vnius menſis nulla cauſa legitima ſubſiſtente, vel ſi in alium locum moraretur ad fochum, & ca-

the-

thenam vel mansionem faceret continuam spatio vnius mensis.

Item quòd commune Cunei, teneatur, & debeat defendere, saluare disbrigare, & in pace manutenere prædictis hominibus, de Montaneria omnes & singulas Domos, res, & possessiones prædictas ac fines territorium; Fortalicium, flumina ripagia, furnos, Molandina, & alia artificia eisdem, vt præmittitur, donata, & assignata perpetuo, à quacunque persona, Collegio, & vniuersitate omnibus dicti communis Cunei, sumptibus, & expensis ab omni vi turbatione, & molestia.

Item quòd prędicti homines de Montaneria non teneantur contribuere ad aliquam solutionem Fortalitij seu Palancatę, iam factæ in dicta villa Montaneriæ per homines Cunei, Saluo, Quod teneantur ipsam palancatam manutenere sufficientem eorum sumptibus, & expensis.

Item quod dicta pacta superius descripta sint, perpetuò duratura, & inuiolabiliter obseruentur tam per communitatem Cunei, quàm per dictæ villæ Montanerię.

Item quòd præsens instrumentum tradatur, & soluatur dictis de Montaneria sumptibus, & expensis communis Cunei, quæ omnia, & singula pacta, & capitula prout superius descripta sunt, & narrata dicti sindici communis Cunei, vice & nomine dicti communis hominumque, & singularum personarum eiusdem loci, necnon prædicti obertus, & Petrus electi prædictum commune Montaneriæ vice, & nomine dicti communis, & personarum prædictarum promiserunt attendere, & obseruare, & nunquam contrafacere, vel venire sub obligatione omnium bonorum dictarum communitatum præsentium, & futurorum. Sequitur potestas attributa prædictis oberto, & Petro per dictum cõmune Montaneriæ prout infra. Millesimo quadragentesimo vigesimo octauo, die quarta Martij, in cõsilio hominũ Montanerię, districtus Cunei, in quo erant consiliarij inferius nominati facientes maiorem partem dicti consilij nemine discrepante fuerunt electi, & deputati obertus stupini, & Petrus Maria habitatores dicti loci specialiter, & expresse ad requirendum, quod communitas Cunei, faciat ad eternam rei memoriam fieri instrumentum publicum de pactis, olim factis personis habitantibus in dicta villa Montaneriæ per dictum commune Cunei, qui obertus, & Petrus ad hoc electi habent, & habeant plenam potestatem prædictam requirendi, & sibi fieri nomine dicti communis, & habitatorum petendi, attento, quòd instrumentum alias fieri rogatum de dictis pactis, & receptum per galuagninum de galuagno condam nominatum non reperitur extractum nec protocollatum per dictum condam Galuagninum necnon habeant potestatem quascunque promissionem, & obligationem nomine communis Montaneriæ faciendi communitati Cunei, secundum, quod continetur in dictis pactis, & quicquid factum petitum, & requisitum fuerit per eos causa præmissa valeat, teneat, & obseruetur ac si factum foret per totum consilium prædictum, & singulares personas dicti loci. Quorum consiliariorum nomina sunt hęc, Primo Dominicus Dau, Obertus stupini Sindicus, Bartholomęus Depontibus, Ioãnes Cauacia, Gulielmonus Allena, Garasinus Romana, Christoforus Ghigo, Ioannes Lombarda de Montemalo, Antonius Longanu,

Ioan-

Ioãnes Longanus, Gulielmus Morena, Antonius Capinus, Ioãnes Gabianus, Iacõbus Arescha. De quibus omnibus, & singulis mihi notario infrascripto, iussum fuit fieri duo publica instrumenta, videlicet cuilibet parti vnum eiusdẽ tenoris.

Et ego Luchinus Moreti de Cuneo publicus imperiali autoritate notarius, & iuratus de Curia Illustrissimi domini domini nostri Sabaudię Ducis, nuncq; scriba consilij communis Cunei hanc cartam rogatus scripsi, signoq; meo soli to signaui in testimonium prędmissorum.

Instromento di franchisia delli habitanti nel Castelletto mandamento di Cuneo.

IN Nomine Domini Amen, Anno eiusdem Domini, millesimo quatercentesimo trigesimo, indictione octaua, die vigesima tertia mensis Ianuarij. Actum in Cuneo in consiliaria communis Cunei præsentibus Ioanne Cataneo, Andrea Calandio & Antonio Mercerio testibus vocatis, & rogatis, in quorum testium præsentia & mei infrascripti, ex tenore huius veri, & publici instrumenti cunctis luculenter enodetur, quod constituti in consilio Cunei egregij legum Doctores Domini Iacobi de Turre, honorab. Iudicis Curiæ Cunei, nob. viri Iacobini de Carcagnis militis curiæ Cunei, & locumtenẽtis, egregij & potentis viri domini Amedei de Faletis honorabilis Vicarij Cunei, & districtus, ac nobilium Martini Natonij, & Ioannis de Reuello sindicorum communis Cunei, & nobilium Ioannis de Bolleris, Gulielmi Petri Paserij, domini Gabrielis Tauolerij, Caroli de Alarijs de numero consilij sapientium communis Cunei, Ioannes Ferrerij de Carizano, Franciscus Gazola de pariola, Ioannes Rosa de pariola, Ioannes Christianus de pariola, Iacobus Rosa de pariola, Dominicus Maglus de pariola, Raphael Theand. de pariola, Georginus Theandus de pariola, Petrus Sardina de pariola, Ioannes Iota de pariola, Iacobus peana de Vrineta, Iacobus Caula de Horiaria Garrasinus, Martinus de pariola, & Petrus Butus dixerunt & exposuerunt ad eorum aures & notitiam proueniſſe; Quod quicunque qui voluerit habitare & effici habitator loci Casteletti iurisdictionis districtus & mandamenti Cunei, & effici, ac esse homo, & fidelis Illustrissimi & excelsi Principis domini domini nostri Sabaudiæ Ducis Domini dicti loci Cunei, quod eidem dispensabitur & donabitur de possessionibus communis Cunei existen. in finibus dicti loci Castelleti pro certa parte, & rata, & quod sibi fiet franchisia pro, & quemadmodum facta fuit habitatoribus loci Montaneriæ iurisdictionis districtus & mandamenti Cunei, vnde cupientes prænominati effici habitatores dicti loci Castelleti adeo vt eisdem dispensetur de bonis, & possessionibus communis Cunei existentibus, in finibus dicti loci Castelletti pro rata, & gaudere beneficio dictę franchisiæ petierunt, & requisiuerunt se recipi in habitatores & incolas dicti loci Castelletti districtus iurisdictionis & mandamenti Cunei, & eis fieri fran

chisia

chisia, prout & quemadmodum facta fuit habitatoribus Montaneriæ iurisdictionis & mandamenti Cunei, & eis dispensari & donari, ac largiri de bonis, & possessionibus dicti communis Cunei existentibus in finibus, & posse dicti loci Castelletti offerentes se promptos & paratos facere & iurare fidelitatem prælibato domino domino nostro Sabaudiæ Duci, iuxta veteres & nouas constitutiones fidelitatis, ac esse boni, & legales homines prælibato domino domino nostro Sabaudiæ Duci, iuxta veteres & nouas constitutiones fidelitatis, & communitati Cunei vtiliaque præfati domini domini nostri Sabaudię Ducis, & communitatis Cunei constat mihi de dictione facta, non visio sed ex visione oculi, & errore calami perquirere, & manutenere toto posse, & inutilia prętermittere, & totis viribus euitare ac se gerere, regere, gubernare, & tractare cum communitate Cunei, prout & quemadmodum faciunt cęteri homines aliarum villarum iurisdictionis districtus, & mandamenti Cunei, ac obedire Dominis Vicario iudici militi, & cæteris officialibus loci, & curiæ Cunei, prout, & quemadmodum faciunt cęteri homines aliarum villarum iurisdictionis districtus & mandamenti Cunei. Qui dominus Iudex miles & locumtenens de voluntate, autoritate, & consensu dictorum consiliariorum ibidem pręsentium, volentium, & consentientium, & ipsi consiliarii de voluntate, autoritate & consensu dictorum domini Iudicis, militis & locum tenentis ibidem pręsentium volentium, & consentientium auditis & diligenter intellectis omnibus & singulis prenominatos effici volętes habitatores dicti loci Castelleti eisdemq; omnibus singulariter, & diuisim prius delato per ipsum Dominum Iudicem fidelitatis iuramento iuxta veteres & nouas constitutiones fidelitatis, qui omnes promisserunt, & iurauerunt ad sancta Dei euangelia tactis corporaliter scripturis ī manibus prefati domini Iudicis recipiętis nomine & vice prelibati domini domini nostri Sabaudię Ducis & communitatis Cunei iura, & vtilia prelibati domini domini nostri Sabaudiæ Ducis, & communitatis Cunei perquirere, & manutenere toto posse, & inutilia prætermittere, & totis viribus euitare, & cum ea sciuerint, vt citius poterint illa notificare prælibato domino domino nostro Sabaudiæ Duci & communitati Cunei, ac se gerere regere gubernare & tractare cum communitate Cunei, prout, & quemadmodum faciunt cæteri homines aliarum Villarum iurisdictionis mandamenti, & districtus Cunei, ac obedire dominis Vicario Iudici Militi, & cæteris officialibus curiæ, & loci Cunei, prout & quemadmodum faciunt, & obediunt reliqui homines aliarum villarum iurisdictionis mandamenti, & districtus Cunei. Quo quidem iuramento præstito habito & assumpto vna cum dicta promissione ipsi dominus Iudex miles, & locumtenens de voluntate auctoritate & consensu, quibus supra, & ipsi consiliarij etiam de voluntate auctoritate & consensu, quibus supra omnes prænominatos recepe runt acceptauerunt, & admisserunt gratiose in habitatores dicti loci Castelleti iurisdictionis districtus, & mandamenti dicti loci Cunei facientes eisdem franchisiam de omnibus & singulis oneribus realibus & personalibus spectantibus communitati Cunei, & tangentibus quouis modo ipsam cómunitatem Cunei, dumtaxat saluo & reseruato iuribus, & honoribus præ-

prænominatis domini, domini nostri Sabaudiæ Ducis, semper saluis. Et hoc per decem annos proximè venturos tantum, & non vltra donantes, & largientes ipsi dominus iudex miles, & locumtenens de voluntate authoritate, & consensu suprascriptis, & ipsi consiliarij, etiam de voluntate authoritate, & consensu prædictis eisdem hominibus supra nominatis pro se, & nomine, & vice aliorum habitare volentium in ipso loco Castelletti, vsque ad numerum vigintiquinque fogogiorum omnes, & quascunque, possessiones communes communis Cunei cuiusuis generis sunt siue manerię, quæ sint dictæ communitatis Cunei in & super finibus, & posse dicti loci Castelletti, existentes, & quæcunque asia siue artificia aquæ communia, & quę sint communis Cunei existętes, & existentia in & super finibus, & posse dicti loci Castelletti, diuidendas per vigintiquinque partes, & per vigintiquinque focos, & per vigintiquinque capita hospitij, habendis faciendis, & continue tenendis, & regendis in ipso loco Castelleti. Hoc tamen semper saluo, quod in dicta donatione, Non intelligatur nec comprehendatur aliqua possessio cuiusuis generis sit quæ esse reperiatur, & sit alicuius specialis personæ nec etiam aliqua alia acquarum quæ sint, & esse reperiantur alicuius specialis personæ, quoniam sic fuit de pacto expresso stipulatione valato, tali etiam pacto adiecto, quod in dicta franquisia non intelligatur aliqua franquisia de aliquo viro extraneo nec de aliquibus tangentibus, prælibatum Dominum Dominum nostrum Sabaudiæ Ducem. Quæ omnia, & singula suprascripta dictus dominus iudex miles, & locumtenens de voluntate authoritate, & consensu, quibus supra ac dicti consiliatij, ęt de voluntate authoritate, & consensu quib. supra necnon omnes dicti habitare volentes in dicto loco Castelletti, promisserunt firma, & Rata habere tenere, & attendere, & obseruare & in aliquo non contra facere vel venire per se vel alium aliqua ratione, vel causa de iure vel de facto.

Item reficere, & restituere omnia, & singula damna expensa, & interesse litis, & extra sub obligatione omnium ipsarum partium bonorum præsentium, & futurorum de quibus omnibus iussum fuit mihi notario fieri publicum instrumentum.

EGo Franceschinus Malabozia, publicus apostolica, et imperiali authoritatibus notarius suprascriptum instrumentum, per quondam egregium Antoninum Malabozium, Auum meum paternum sumptum de eius prothocollis seu notis per generale consilium communis Cunei, mihi commisso prout in eis inueni extraxi, in hanc publicam formam leuaui manu propria ad opus infrascriptorum habitatorum ió hic me subscripsi, et signum meum solitum tabellionatus apposui in fidem, et testimonium, veritatis omnium præmissorum.

Transatione trà la communità di Cunio, & la communità di Peueragno.

IN Nomine Domini Amen Anno Domini Milleſimo tricenteſimo nonageſimo quinto inditione tertia die martis tertia decima menſis Iulij in Cuneo, in Domo communis in qua conſilia celebrantur præſentibus Nobilibus Dominis Manuele Biglono de Monte Vico,& Laurentio de Auotis iudice Curiæ Cunei, Petro Cagliæ,iuriſperitis,& Iacobino Moſardo de Pipperagno teſtibus Vocatis,& rogatis de lite ſeu litibus, & ſuper lite ſeu litibus controuerſiijs debatis, & contentionibus, quæ vertebantur,& erant, ſeu verti ſperabantur inter commune Cunei,ex vna parte,& commune Pipperagni ex alia occaſione, & prætextu quorundam finium exiſtentium à cola citra in quibus finibus dictum cõmune Pipperagni aſſerebat ius habere, dicta communitate Cunei negante iuxta fines Pipperagni,& fines Cunei Baeanarũ, & Bouiſij,Georgius Maſſa,& foreſtus,de alaſijs de Cuneo ſindici, & procuratores dictæ communitatis ſeu vniuerſitatis Cunei,ad hoc ſpecialiter deputati, de quo ſindicatu, & procura conſtat inſtrumento publico recepto per Ludouicum Bechum, notarium ſub Anno,& inditione præſentibus die vndecima menſis Iulij ſindicario,& procuratorio nomine dictæ communitatis Cunei,parte vna, Ogerius Caualus Gãdulfus de Gandulfis, Ioannes Gallus Steffanus Zaualerius ſindici,& procuratores communis,& hominum Pipperagni ſindicario, & procuratorio nomine dicti communis parte alia,de quo ſindicatu,& procura aſſeritur conſtare inſtrumento publico recepto per Giraudũ de Hugetto notarium ſub anno inditione, & die præſentibus ac omnibus emergen.& dependentibus,ex præmiſſis, & quolibet præmiſſorum ſe ſe compromiſſerunt,& compromiſſum fecerunt in Nobiles, & potentes viros Dominos Antonium de Bollerijs, Vicarium Cunei, & Thibaudum Cerratum Vicarium Pipperagni, præſentes ibidem tanquam in eorum arbitros,& arbitratores,& amicabiles compoſitores promittentes dictę partes ac inuicem dictis nominibus ſcilicet vna pars, altera Viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenien. ſtare parere, & obedire cum effectu, & non contrauenire de iure vel de facto omni laudo arbitro dicto diffinitioni, & pronuntiationi ipſorum arbitrorum, & arbitramentorum, quæ vel quas inter eas partes dictis nominibus ſuper prædictis emergentibus dependẽtibus, & connexis vel prædictorum occaſione dixerint fecerint declarauerint pronuntiauerint diffinierint,& Arbitrati fuerint,& hoc tam de iure,quàm de concordia ſemel vel pluries diebus feriatis aut non feriatis ſedendo vel ſtãdo præſentibus partibus, vel abſentibus Citatis, vel non Citatis aut vna præſente, & altera abſente, vel vna citata alia non citata quomodocunque qualitercunque,& vbicunque voluerint omni iuris,& ſolemmitate iuris obmiſſa aut obſeruata,vel in parte obſeruata,& in parte obmiſſa de Alto, & baſſo prout eis videbitur,& hoc ſub pœna florenorum quinque centum auri, ſtipulatione ad inuicem inter ipſas partes dictis nominibus, & dictis arbitris, ibi

præſentibus

præſentibus expreſſe promiſſa,quæ totiens committatur,& exigatur quotiens in prædictis vel aliquo prædictorum contra factum foret,cuius tertia pars voluerunt, quod applicetur dominis partium prædictarum ſtipulata. & promiſſa mihi notario,vt perſonę publicæ officio publico ſtipulanti,& recipienti nomine, & vice dictorum dominorum,alia tertia applicetur dictis Dominis arbitris,& alia tertia parti obſeruanti, qua pœna ſoluta, vel non ſoluta omnia, & ſingula dicta pronuntiata diffinita,& declarata per ipſos Dominos arbitros & arbitratores inuiolabiliter obſeruentur.

Item promiſſerunt ipſę partes Ambę dictis nominibus eam pro nunc, non petere reduci ad arbitrium boni viri, quod compromiſſum dictæ partes ambę durare voluerunt nominibus ſupradictis vſque ad quindecim dies proxime venturos de quibus omnibus, & ſingulis per me notarium infraſcriptum fuit iuſſum dictis partibus,& cuilibet ipſarum fieri vnum aut plura inſtrumenta publica eiuſdem tenoris dictanda,& reficienda ſi opus fuerit conſilio,& dictamine ſapientis in iudicio producta vel non producta.

TEgo Franciſcus Sordanelli, filius quondam Sebaſtiani de Cuneo, publicus Imperiali authoritate notarius Ducaliſque Sabaudiæ ſecretarius ſupraſcriptũ compromiſſi inſtrumentũ à prothocollis quondam Iacobi Sordanelli Aui paterni dicti genitoris mei, per Nob. Laurentium de Thomatis notarium fidelem, & in hac parte coadiutorem meũ extraxi, & ſcribi feci ad opus inclitę communitatis Cunei,& quia facta debita collatione cum dicto protocollo vtrunque concordare inueni nihil addito, vel minuto, quod facti ſubſtantiam variare habeat ideo hic me ſubſcripſi, & ſolito ſigno mei tabellionatus ſignaui in fidem præmiſſorum.

IN Nomine Domini Amen, ſuper lite ſeu litibus controuerſijs ſeu debatis,quæ vertebantur,& erant ſeu verti ſperabantur inter commune ſeu vniuerſitatem Cunei, ex vna parte,& cómune ſeu vniuerſitatem Peueragni,ex alia parte occaſione quorundam finium exiſtentium iuxta collam, & ab ipſo flumine colę citra verſus Cuneum iuxta dictum flumen & fines Bouiſij,& fines Beanarum in quibus,quidem finibus dictum Cõe Pipperagni dicebar,& aſſerebat à dicta cola citra, verſus Cuneum ſe ius habere in parte dictorum finium, ipſa communitate Cunei negante prædictam communitatem Pipperagni in dictis finibus aliquod ius habere, &c. Nos Antoninus de Bolerijs,vicarius Cunei,& Thibaudus Cerratus Vicarius Pipperagni arbitri, & arbitratores, & amicabiles compoſitores communiter electi, et aſſumpti per Georgium Maſſam,et foreſtum de alaſijs ſindicos, et procuratores ſindicario,et procuratorio nomine dicti communis Cunei, ex vna parte prout de ſindicatu,et procura conſtat inſtrumento publico recepto, per Ludouicum Bechum,notarium publicum ſub anno,et indictione præſentib. die vn-

 decima

decima menſis Iulij, & Ogerium Caualum, Gandulfum de Gandulphis, Ioã nem Gallum, & Stephanum Zaualerium de Piperagno, ſindicos & procuratores ſindicario & procuratorio nomine dicti cómunis, prout de dicto ſindicatu & procura conſtare aſſeritur inſtrumento publico recepto per Giraudum de Vgheto notarium publicum, ſub anno & indictione præſentibus die vndecima menſis Iulij, & de dicto compromiſſo conſtat inſtrumento publico recepto per Iacobum Sordanellum, Notarium ſub anno, & indictione præſentibus, die martis tertiadecima menſis Iulij. Viſis auditis, & intellectis partium iuribus, & omnibus & ſingulis, quæ dictæ partes ambæ, coram nobis dicere, proponere & allegare voluerunt tam oretenus, quam in ſcriptis ſedentes in loco honeſto in domo Communis Cunei Chriſti nomine inuocato, in his ſcriptis dicimus, pronuntiamus, laudamus, arbitramur, & arbitramentamur interdictos ſindicos & procuratores dictis nominibus communitatum prædictarum vt infra, & primo quod fines exiſtentes a flumine Collæ, verſus Piperagnum pleno iure pertineant ad commune Piperagni, & ſit de territorio dicti Communis, & fines exiſtentes a dicto flumine Collæ, citra verſus Cuneum, iuxta fines Bouiſij à latere ſuperiori, & iuxta fines Beanarum pertineat, & ſpectet pleno iure ad territorium dictæ communitatis Cunei.

Item quod dicta communitas Piperagni pro fodris, & taleis altinorum terrarum & poſſeſſionum, quas præſentialiter habent homines Piperagni a dicto flumine Collæ, citra verſus Cuneum, videlicet a dicto termino exiſtente inter fines Cunei, Bouiſij, & Piperagni a latere ſuperiori veniendo recta linea, iuxta fines Bouiſii, vſque ad bealeriam foreanam, & a dicta bealeria, veniendo inferius vſque ad viam inferiorem Piperagni, & ibi accipiendo viam Zuchi eundo vſque ad viam furiam teneatur ſoluere anno quolibet in perpetuum, & in quolibet feſto ſancti Martini, libras viginti quinque Aſtenſium dicto cómuni Cunei, excepto iſto primo feſto ſancti Martini proxime futuro, pro quibus libris viginti quinque Aſtenſium dicti de Piperagno ſint exempti a dictis fodris, regiſtris, & taleis communis Cunei de dictis eorum poſſeſſionibus inter dictos confines ſupra declaratos, nunc exiſtentibus.

Item quod in dictis confinibus, & capitulo intelligantur etiam poſſeſſiones, quas habent illi de Piperagno a Claperio Monache eundo recta linea per teſtã terrarum Gandulphi de Gandulphis, & Ludouice Bouerie, vſque ad viam furiam, & eundo per dictam viam verſus Colam.

Item quod dicti de Cuneo a dicto flumine Colæ citra verſus Cuneum in dictis finibus poſſint, & valeant ponere Camparios, & cuſtodes vinearum Altinorum, & aliarum poſſeſſionum prædictorum, & prædictarum, quibus camparijs, ſeu cuſtodibus dicti de Piperagno, quorum ſunt & erunt dictæ poſſeſſiones teneantur ſoluere campariam, & vardonariam, ſicut facerent homines Cunei de ſuis poſſeſſionibus, & quod dicti Camparij, ſeu cuſtodes teneantur dictis de Piperagno ad emendas damnorum datorum, ſecundum ordinamenta, & capitula communis Cunei tam facta, quam fienda, ſicut facere tenerentur dicti de Cuneo pro alijs ſuis finibus & camparijs, & ſi dicti de Piperagno prætendant ipſos de Cuneo nõ debere ponere dictos Camparios & cuſtodes

ſuper

ſuper dictis finibus, pro quibus ipſi de Piperagno ſoluunt dictas libras viginti quinque dicto communi Cunei, tunc ex eo caſu nos arbitri, & arbitratores teneamur cognoſci facere per iudicem, quem nos eligere voluerimus, quid iuris ſuper dubio põdicto, & hoc vſque ad feſtũ ſancti Michaelis proximè vẽturũ.

Item quod dicti de Piperagno poſſint ducere oës fructus, quos recoligent in dictis finibus Cunei verſus Piperagnum impunè & liberè ſoluendo tamen dictis Camparijs & Vardonis, vt ſupra dictum fuit hoc expreſſim intellecto, quod dicti de Piperagno vuas ſuas, ſeu vinum dictarum poſſeſſionum ducere non poſſint in Cuneo nec per poſſe Cunei, ſed ducant verſus Piperagnum.

Item quod quilibet de Piperagno habens poſſeſſiones in dictis finibus ſupra declaratis poſſit, & valeat impunè depaſcere Beſtias ſuas in ſuis proprijs poſſeſſionibus tantum, attamen quia dicti de Piperagno petebant poſſe depaſcere impune eorum Beſtias in poſſeſſionibus vicinorum ſuorum de Piperagno exiſtentibus infra cõfines ſupra declaratos exceptatis damnis datis, ſeu dandis, aliqua bannita dictorum de Cuneo non obſtante ſuper hoc reſeruamus nobis poteſtatem cognoſcendi & declarandi: prout & ſicut impoſterum nobis videbitur vſque ad feſtum ſancti Michaelis proximè venturum.

Item ſuper facto Bannorum & penarum commiſſarum per nonnullos de Piperagno in curia Cunei occaſione Bannitarum factarum per homines Cunei pro dicto debato, quod cõmunitas Cunei remittat eiſdem de Piperagno partem, quam haberet in dictis penis, & bannis, de parte vero Curiæ Cunei reſeruamus nobis impoſterum poteſtatem declarandi, quicquid nobis videbitur, & econuerſo remiſſæ ſint eo modo pene & banna commiſſa per aliquos de Cuneo in curia Piperagni occaſione aliquarum bannitarum factarum per homines Piperagni pro facto dicti debati.

Item quod ſi guerra oriretur inter ipſas communitates Cunei, & Piperagni pro tempore dictæ guerræ non teneantur ipſi de Piperagno ſoluere dicto communi Cunei dictas libras viginti quinque Aſtenſium.

Item quod ipſi de Piperagno poteſtatem habeant eligere vſque ad quatuor annos proximè venturos aut de ſoluendo ſemper & quolibet anno dictas libras viginti quinque Aſtenſium dicto communi Cunei pro dictis fodris, & taleis aut de ſoluẽdo regiſtra fodra, & taleas de dictis poſſeſſionibus ſupra declaratis, ſicut facerent homines Cunei, de poſſeſſionibus eorum iuxta dictos cõfines exiſtentibus, ſeu in contrata dictorum finium.

Item quod eiſdem de Piperagno liceat impunè ducere eorum boues, & alias beſtias ad apiperandum, ſeu bibendum ad minus damnum, dummodo à damnis inferendis ſe abſtineant.

Item quod cuilibet perſonæ de Piperagno accuſatæ de aliquo damno, ſeu banno pro aliquibus poſſeſſionibus exiſtentibus infra dictos confines ſupra declaratos, antequam fiant condemnationes detur defenſio decem dierum, quę defenſiones per aliquem nuntium in ſcriptis pro parte curiæ Cunei tranſmittãtur officiali Piperagni, ſeu eius locumtenenti, cui nuntio de præſentatione dictarum defenſionum facta, ſeu fienda credatur iuramento ſuo, aliàs dictum bannum exigi non poſſit.

Item

Item quod si aliquod dubium seu obscuritas oriretur ex prædictis inter partes prædictas nobis reseruamus potestatem omnimodam cognoscendi, declarandi, prout & sicut nobis placuerit & videbitur pro bono statu ambarum partium supradictarum. qui sindici & procuratores dictis nominibus approbauerunt, & emologauerunt dictam nostram arbitralem, & arbitramentalem sententiam ibidem, & incontinenti lata fuit supradicta arbitralis, & arbimentalis sententia seu pronuntiatio per supradictos Dominos arbitros, & arbitratores, & lecta per me Iacobum Sordanellum notarium infrascriptum sub anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto inditione tertia die iouis quintadecima mensis Iulij in Cuneo, in Domo communis in qua consilia celebrantur præsentibus nobilibus, & sapientibus viris Dominis Manuele Biglono de Monteregali iuris perito Laurentio de aliotis de prato nunc iudice curiæ Cunei, & Iacobino Mossardo de Pipperagno testibus ad præmissa vocatis, & rogatis de quibus omnibus, & singulis per me notarium infrascriptum fuit iussum cuilibet parti partium prædictarum fieri vnum aut plura instrumenta publica eiusdem tenoris.

ET Ego Fran. Sordanelli filius, quondam Sebastiani de Cuneo, publicus imperiali auctoritate notarius Ducalisque Sabaudiæ secretarius suprascriptum sententiæ arbitramentalis instrumentum per quondam Iacobū Sordanelli receptum de protocolis dicti Iacobi Aui paterni præfati genitoris mei pœnes me existenib. ad opus inclitę communitatis Cunei per Nobilem Laurentium de Thomatis notarium publicum extraxi, & scribi feci, ac in hanc publicam formam reddigi hicque attenta debita collatione facta ad ipsum protocollum me subscripsi, & solito signo mei tabellionatus signaui in fidem præmissorum.

ET Ego Laurentius de Thomatis de Sancta Margarita Burgensis Cunei filius quondā Dñi Ioannis Clericus Diœcesis. Montisregalis publicusque appostolica, & imperiali authoritatib. notarius suprascripta duo instrumenta cōpromissi, & sententiæ arbitramentalis prout hic sup. continetur, & apparebit fideliter scripsi, & extraxi à protocollo quōdā Iacobi sordanelli, notarij de Cuneo, ad requisitionem egregiorum sindicorum cōitatis Cunei, & quia facta debita collatione cum ipso originali protocollō vtrūque concordare inueni, ideo hic me propria manu subscripsi cum mei soliti signi tabellionatus appositione in fidem robur, & testimonium veritatis horum omnium, & singulorum præmissorum.

Accordio,

Accordio, & conuentione tra la communita di Cuneo, & la communita di Limone, & Aluernante.

17. *Agosto.* 1440.

IN Nomine Domini Amen, Anno eiusdem domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo inditione tertia, & die mercurij decima septima mensis Augusti, actum in Cuneo videlicet in consiliaria communis dicti loci præsentibus Manuelle Musiglio, & Matheo Beiamo, de Sauiliano Antonio Pornasi de Fossano, & Antonio Ramba, de Cuneo testibus ad infrascripta vocatis specialiter, & rogatis. Nouerit modernorum præsentia, & futurorum successura posteritas non ignoret, quoniam olim anno currente millesimo ducentesimo septuagesimo nono inter spectabilem condā Dominum Petrum Balbum comittem vinti milij, ex vna parte, & sindicos, & communitatem Cunei, ex alia parte fuerunt, & fuissent factæ initæ, & stipulate certæ conuentiones, & pacta perpetuo duraturæ, & duratura cōstante de ipsis conuentionibus, & pactis quodam publico instrumento tunc rogato, & sumpto per Ioannem de Ast notarium publicum quondam, & inde exemplato per Ioannem de Sancta Zoglia notarium publicum Papiensem, quarum quidem conuentionum siue dicti instrumenti tenor inferius inserti præsentis instrumenti est de verbo ad verbum insertus. Cumque successiuè exortis post certū tempus nonnullis differentijs, & dubijs, in certis partibus ipsarum conuentionum de Anno curen. millesimo ducentesimo nonagesimo nono fuerit tandem deuentum ad declarationem ipsarum differentiarum secundum, quod apparet in quodam alio publico instrumento sumpto manu publici notarij, insuper cum etiam subsequenter inter easdem partes fuerint suscitatę aliæ de nouo dubietates, & obscuritates prætextu ipsarum conuentionum, quæ demum obscuritates fuerunt iterum declaratæ per transactionem ipsarum partium de Anno curren. millesimo tricentesimo constāte inde publico instrumento manu publici notarij confecto, nouissimè autem cum fuerit mota Et suscitata cō trouersia per Magnificos Dominos Antonium, & Ioannem de Lascaris ex cō mittibus vinti milij, Dominos villarum siue locorum Limoni, & Aluernandi aduersus communitatem prædictam Cunei, respectu maximè tractæ grani, qđ ipsi domini prætendebāt homines dictorum locorum limoni, & Aluernandi posse emere impunè in foro Cunei, & inde extrahere sine solutione alicuius Gabellæ vsque ad omnem quantitatem, eisdem hominibus, & communitatibus, sine eorum proprijs vsibus necessariam. Contradicente tamen communitate prædicta Cunei, fueritque super ipsa quæstione lata sententia per Magnificum consilium Ducale Cismontanum in fauorem dictorum Dominorum, & communitatum prædictarum à qua pro parte dictæ communitatis Cunei, extitit prouocatum ad Illustrissimum Dominum Dominum nostrum Sabaudiæ Ducem; quæ quidem appellatio pendet indecisa. Rursus cum inter easdem

partes

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ

partes litigantes per tempora discursa fuissẽt iam dudum exortę, & suscitatę varię,& diuersę alię materię discensionum,& obscuritatum prætextu dictarum conuentionum,& transactionum inde sequutarum in diuersis partibus earundem propter maximè longissimam distantiam,& varietatem temporum,à tempore dictarum conuentionum defluxorum prout hic oĩa dictæ partes infra nominatæ in præsentia mei notarij, & dictorum dicebant, & fatebantur publicè esse vera,

Ecce quod constituti in præsentia,& generali consilio hominum Cunei,sono campanæ voce præconia more solito congregato,in quo aderant duæ partes,& vltra hominum dicti consilij in Cuneo,præsentialiter assistentium quorũ nomina inferius in fine prẽsentis instrumenti describuntur:spectabilis honoratus de Lascarijs ex commitibus Vinti milij filius dicti, quondam Magnifici D.Antonij condominus dictorum locorum limoni,& aluernandi suo proprio nomine in quantum ad eum pertinet, & spectat ac tamquam procurator, & procuratorio nomine supradicti Magnifici domini Ioannis de Lascaris, ex comittibus prædictis vinti milij dominum condam dictorum locorum Limoni,& aluernandi constante de dicta procura quodam publico instrumento sumpto, & fieri rogato, ac in publicã formam scripto manu Baptistę Vegli notarij publici de triola atque in dicto consilio in præsentia mei notarij, & dictorũ testium exhibita cuius tenor inferius de verbo ad verbum est insertus necnon Tassoni,& Ioannes Turchi tamque sindici,& procuratores vniuersitatis dicti loci aluernanti,constante de dicto sindicatu, & procura quodam publico instrumento sumpto, & in publicam formam leuato per Antonium Iordanum notariũ publicum,atque Bressanus Baudini sindicus, & procurator dictæ communitatis Limoni constante etiam de suo sindicatu, & procura, quodam alio publico instrumento sumpto,& leuato per caminum cabarium notarium publicum. Quorum instrumentorum sindicatus tenores inferius de verbo ad verbum sunt inserti.Ipsi quidem spectabilis honoratus nominibus præmissis ac vice,& nomine suorum,& dicti domini Ioannis successorum,& hęredum imperpetuum ac sindici, & procuratores memorati dictarum communitatum limoni,& aluernandi singularumque personarum earundem, & earum posteritatis cum consensu voluntate,& authoritate dicti spectabilis honorati præsentis,& consentientis,ac authoritatem ad infrascripta peragenda nominibus præmissis eisdem præstantis ex vna parte,necnon sindici,& consiliarij infra nominati terræ Cunei,in ordine consilij generalis,vt præmittit congregati videlicet nomine totius vniuersitatis, eiusdem loci Cunei, ac totius districtus, & mandamenti eiusdem successorũq; suorum imperpetuum, cum consensu voluntate, & authoritate spectabilis militis domini Amadei,de Lucerna honorabilis Vicarij dicti loci Cunei, & districtus pro Illustrissimo, & Excellentissimo Principe,& Domino domino nostro Amedeo, Sabaudiæ Duce, in his quæ non concernunt damnum siue præiudicium præfati domini nostri, ex alia parte. Oẽs vnanimes, & cõcordes affectãtes, vt dicebant totis viribus longiorum successus expensasque discriminum penitus amputare, & ad amicabilem concordiam peruenire præsertim, quia antiqua fraternitas,& amicitia inter ipsas

partes

partes tam diu iam contracta valeat, in posterum fauente altissimo conseruari vijs modo,& forma, quibus melius fortius,& validius poterunt de præmissis omnibus quæstionibus,debatis,litibus,differentijs,discordijs, obscuritatibus, dubijsq; discensionum materijs inter ipsas partes iam exortis,& quę oriri quoquo modo possent, prætextu dictarum conuentionum, & declarationum, & transactionum inde secutarum dependentiumq; ac emergentium, ex eisdem ad infrascriptam peruenerunt transactionẽ,conuentionem,& concordiã deinceps perpetuo valituras, & duraturas.

Et primo fuit actum dictum transactum, & concordatum ac conuentum pacto expresso interueniẽte inter dictas partes firma stipulatione valato,q; vera fraternitas, & amicitia olim inter agnatos, & progenitores dictorum dñorum comitũ ex vna parte, & communitatem prædictam Cunei ex alia parte, contractæ firmatæ,& initæ prout, & quemadmodum in dictis conuentionibus inferius registratis, continentur durent durare atque à partibus memoratis, eorumque posteritate inuiolabiliter obseruari perpetuo debeant, ac plenissimã obtineant roboris firmitatem quibuscumque litibus,controuersijs,differentijs, processibus,& dubijs postea exortis non obstantibus, quibus omnibus perpetuum silentium,imposuerunt,ac impositum esse denuo ac eas,ea, & eos cõquiescere de cætero voluerunt mandantes,& ea iubentes, ac pacto firmantes omnia,& singula acta, processus,sententias appellationes, & alia inde occasione dictarum differentiarum, & litium agitata nullam de cætero obtinere roboris firmitatem, nullamque obtinere posse, vel habere ac mereri executionem aduersus huiusmodi transactionem non declaratis per quam dictæ partes voluerunt, iusserunt,& per stipulationem validam firmauerunt esse derogatum omnibus,& singulis mentionibus, declarationibus, transactionibus, sententijs,& alijs pactis tunc retro factis,& sequutis,conuentionibus cum antiquis,& primo loco factis inferius registratis in alijs partibus in præsenti transactione non declaratis, & expressis in sua roboris firmitate permanentibus absoluentes,insuper se ad inuicem dictæ partes vigore præsentis transactionis ab omnibus, & singulis expensis damnis, & interesse tunc retro occasione dictarum differentiarum litium, & controuersiarum factis quomodocunque passis, & successis.

Item quia ex contentis in quodam capitulo dictæ conuentionis mẽtionem faciente de pascuis; & tracta bladi, & franquisia quam habere debent in Cuneo homines locorum prædictorum Limoni,& Aluernandi,& vice versa homines Cunei, & districtus in dictis locis Limoni, & aluernandi, prout in ipso capitulo,& conuentione prædicta continetur: exortæ fuerint iam dudum variæ,& diuersæ contentiones,& differentiæ inter dictas partes propter ipsius capituli,& scripturæ obscuritatem.Idcirco fuit actum,dictum,conuentum,& trãsactum inter easdem partes, Declarando ipsas conuentiones in dictis partibus, quod homines dictorum locorum Limoni, & aluernandi sint, ita liberi in Cuneo,& districtu vt sunt homines Cunei, & districtus, & vice versa homines Cunei,& districtus sint,& esse debeant ita liberi,& franchi in limono,& aluernando vt sunt homines Limoni,& aluernandi,saluis tamẽ capitulis infrascriptis prẽsentis transactionis,& aliarum conuentionum infrascriptarum, quibus non

I est

est per presentem transactionem derogatum.

Item fuit actum transactum, & conuentum inter dictas partes, quod homines Cunei, & districtus possint libere, & impunè ac sine vlla solutione alicuius gabellæ vel pascagij impositi, vel imponendi eorum animalia depascere, & ad pascua tenere in finibus, & alpibus dictorum locorum Limoni, & Aluernandi semper, & quomodocunque ac vbicunque homines dictorum locorum limoni, & aluernandi possunt communiter eorum animalia depascere, & ad pascandum tenere. Et vice versa homines dictorum locorum Limoni & Aluernandi possint, & valeant libere, & impunè eorum animalia depascere, & ad pascandum tenere in finibus Cunei, & districtus semper, & quandocunque ac vbicūque homines Cunei, & districtus communiter possunt pascere, & eorum animalia ad pascendum tenere absque solutione alicuius pascagij vel alterius gabellæ impositæ vel imponendæ, ita quod homines dictorum locorum Limoni & Aluernandi circa pascua sint, ita liberi in Cuneo, & districtu vt sunt homines Cunei, & districtus in locis prædictis, sintque homines Cunei, & districtus circa pascua, ita liberi absque diminutione in locis prædictis Limoni, & aluernandi, vt sunt homines dictorum locorum in Cuneo, & districtu saluo, quod si forte aliquo casu contingeret in futurum homines alicuius villariorum vallis Getij, mandamenti Cunei denegare vel prohibere in communi hominibus dictorum locorum Limoni, & Aluernandi eorum pascua in finibus ipsorum, & alpibus, quin ipsis vti valeant, quemadmodum vt possunt pascuis finium Cunei, Eo casu possint communitates dictorum locorum limoni, & Aluernandi, p hibere, & denegare pascua in eorum finibus, & alpibus hominibus vallis Getij donec, & quousque per communitatem Cunei foret aliter prouisum, quod pascua omnia cōmunia vallis Gecij forent libera, & parata hominibus Cunei, & districtus ac locorum prędictorum limoni & aluernandi, & quod ipsi homines Limoni, & aluernandi possint libere, & impunè pascare in alpibus, & finibus dictæ vallis Getij, vbi & quando homines vallis Getij communiter pascare possunt. Et in casu simili quo hominibus vallis Getij forēt denegata pascua in finibus, & alpibus limoni, & aluernandi possint homines vallis Getij, eisdem hominibus limoni, & aluernandi pascua in eorum finibus, & alpibus denegare quandiu circa pascua vallis Getij non erit aliter prouisum per communitatem Cunei, vt supra continetur. Quod si fortè per aliquam personam alicuius partium prædictarum contigerit dari impedimentum contra formam præsentis transactionis alicui pascere volenti, sicut p̄missum est, & in casibus prędictis in ipsa huiusmodi transactione scienter, & de facto, eo casu talis persona ipso facto incurrat pęnam librarum decem Asten. applicandā pro tertia parte accusatori, pro alia tertia communitati vnde esset accusator, & pro alia tertia curiæ in qua pęna foret denunciata vel accusata, siue in qua esset facta, & fienda querela de præmissis.

Item fuit actum inter dictas partes, quod quælibet partium prædictarum possit semel, & pluries, & quotiens erit opportunum per officiales Curiæ, vel alias ad hoc elligendas personas inquirere, & inuestigare diligenter, super fraudibus,

dibus, quæ cōmittentur, & committi possunt à pastoribus, & veris custodibus bestiarum præsumentibus de facto alienas siue aliorum forensium, & extraneorum bestias in pascuis prædictis, accumulatas tenere quæ non sunt proprię, vel de gremio alicuius partium prædictarum, quibus sunt pascua permissa deferendo ipsis pastoribus, & custodibus iuramentum de consignando Bestias dominorum suorum, & extraneas si quas habent, qui custodes teneantur iurare, & fideliter consignare, vt supra: quod si forte contra fecerint, aut recusauerint, siue reperti fuerint fraudasse, eo casu, siue dictis casibus à quolibet ipsorum puniant & puniri debeant pœna prædicta librarum decem Ast. pro quolibet, & qualibet vice, & amissionis bestiarum de quibus esset commissa fraus, applicanda vt supra continetur. Eo saluo quod quilibet pastor extraneus, qui non sit de iurisdictione alicuius partium prædictarum possit impune tenere, & accumulare ad pascua prædicta cum bestijs domini sui vsque ad numerum Bestiarum decem, & quilibet guardonus bestias quinque duntaxat, & non vltra, pro quibus nullam pœnam incurrant.

Item fuit actum ex pacto inter dictas partes virtute præsentis transactionis quod semper & quandocunq; ac quomodocunq; contigerit in futurum homines siue communitates dictorum locorum Limoni, & Aluernandi, vel aliquam ipsarum communitatum assortare inter eos alpes suos siue sertos alpium ponere gregibus Bestiarum suarum quemadmodum, vt plurimum consueuerunt, eo casu possit communitas Cunei, etiam vice versa pariter ponere facere, & ordinare sortes circa pascua in finibus Cunei, inter homines ipsius loci Cunei, & districtus modis, & formis quibus essent factę, & ordinatę sortes in locis prędictis Limoni, & Aluernandi, ita vt circa pascua inter dictas partes æqualis ordo seruetur.

Item fuit actum transactum, & cōuentum inter dictas partes quod homines dictorum locorum Limoni, & Aluernandi, & ibidem habitantes possint, & valeant impune emere granum cuiuscunque generis, & marcēcū in foro Cunei, & alibi vbicunque in districtu Cunei, & inde ipsum extrahere à toto mandamento Cunei, pro conducendo ad loca prædicta limoni, & aluernandi sine solutione alicuius Gabellæ impositæ, & imponendæ per cōe Cunei, videlicet pro eorum proprijs vsibus, & necessitatibus ipsorum ementium, & extrahentiū ac eorum familia duntaxat, & non aliter nec alio modo habita super hoc licentia, & Bulleta à Gabellatore ad hoc deputato cum iuramento corporaliter præstando in manibus dicti Gabellatoris, quod fraudem non committunt nec committent in prędictis, et iurent quod ipsi indigēt necessario dicto grano pro eorum sustentatione, & suæ familiæ, & quod illud non conuertent ad aliquem alium vsum nec illud vendent, nec alienabunt siue extrahent, vel extrahi facient à dictis locis limoni, & aluernandi aliquo casu, siue ingenio, vel colore, quam Bulletam petere, & obtinere debeant prius quàm granum prædictum extrahatur, à cōfinibus Cunei, & ipsam cuilibet indigenti, & iurare volenti, vt supra facere, & expedire teneatur Gabellator prædictus sine difficultate aut præmio, quocunque quomodocunque & quotiescunque erit opportunum. Eo tamen saluo, quod nullus prædictorum hominum limoni, & Aluernandi audeat,

deat, vel præſumat emere in foro Cunei, pro vna die ſiue in vna die fori vltra ſextarios duos pro quolibet emente, ſiue pro vno Hoſpitio tantum ad effectũ præmiſſum, hoc intellecto quod cuicunque iurare recuſanti ſicut præmiſſum eſt denegari debeat bulletta, & licentia, & reputetur talis perſona iurare recuſans tanquam extranea quod tantum ad huiuſmodi libertatem emendi, & extrahendi granum pro vt ſuperius continetur, pro illa tantum vice, qua iurare recuſauerint, & quicunque in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum in præſenti capitulo contentorum fraudem commiſſerit incurrat ipſo facto, & ipſo iure pœnam librarum viginti quinque Aſt. pro quolibet, & vice qualibet, & amiſſionis grani, & marcencorum empti ſiue extracti ac emptorum ſiue extractorum fraudulenter præter vel contra formam ſuperius declaratam. Quæ pœna applicetur pro tertia parte Curię Cunei, pro alia tertia accuſatori, & pro alia tertia communi Cunei, de quibus quælibet perſona bonæ famæ poſſit fraudantes, & contra facientes accuſare, & denunciare, & accuſatoribus ipſis, vel denunciatoribus cum iuramento, & vno teſte idoneo ſummariè recepto credat poſſitque curia Cunei, aduerſus huiuſmodi fraudantes, & contra facientes per inquiſitionem procedere ex vero officio, & punire pœna prædicta conſti to prius de tranſgreſſione, & fraudulentia per vnum teſtem idoneum, aut pro priam confeſſionem inquiſiti, ita ne quiſquam valeat impunitus pertranſire, qui fraudem commiſſerit, in præmiſſis.

Item fuit actum tranſactum, & conuentum inter dictas partes declarando quodam aliud capitulum dictæ antiquæ conuentionis mentionem faciens de mercandia cocunda reſtringendo ipſum capitulum ad ea, quæ inferius declarantur videlicet, quòd dicti homines limonij, & Aluernandi, & ibid. habitantes poſſint libere, & impunè emere in Cuneo, & diſtrictu, & inde extrahere pro cõducendo ad loca prædicta pro eorũ proprijs vſib. videlicet, ad nutrimentum, & prouiſionem eorum Domus, & familię necnon ad arandum, & nutriendum in ſuis domibus duntaxat abſque ſolutione alicuius Gabellæ impoſitæ, vel imponendę per commune Cunei, beſtias quaſcunque, & cuiuſcunque maneriæ ad præmiſſa neceſſarias habita Bulleta, & licentia à Gabellatore ſuper hoc deputato prius quàm dictæ beſtiæ extrahantur à confinibus ordinatis per commune Cunei cum iuramento corporaliter præſtando in mãnu dicti Gabellatoris quod fraudem non committunt nec committent in præmiſſis hoc intellecto, quod ementes, & extrahentes beſtias ad prouiſionem macellorum, & ad mercandum more mercatorum teneantur ſoluere Gabellas in Cuneo ſicut cæteri extrahentes ſoluunt, & ſoluere tenentur qui non ſunt nec eſſe intelligãtur ſub huiuſmodi libertate incluſi, & quicunque fraudem commiſſerit in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum in præſenti capitulo contentorum incurrat ipſo facto pœnam ſuperius declaratam videlicet librarum viginti quinq;. Aſt. pro quolibet fraudante, & qualibet vice, & amiſſionis beſtiarum de quibus eſſet commiſſa fraus applicanda pro tertia parte Curię Cunei, & pro alia tertia Communi Cunei, & pro alia tertia accuſatori: de quibus, quęlibet perſona bonę famę poſſit contrafacientes accuſare, & denunciare, & accuſatorib. cum iuramento, & vno teſte idoneo credatur ſicut præmiſſum eſt in præcedenti capitulo,

pitulo, & vice verſa homines Cunei, & diſtrictus poſſint libere, & impune abſque ſolutione alicuius Gabellæ impoſitæ vel imponendę emere in dictis locis Limoni, & Aluernandi. & inde extrahere & conducere in Cuneo, & diſtrictu, beſtias quaſcunque, & cuiuſcunque maneries, ad proprium vſum ipſorum hominum Cunei, & diſtrictus modis, & formis ac conditionibus, & reſeruationibus ſuperius proximè declaratis, quibus aſtringuntur homines Limoni, & Aluernandi in Cuneo, & diſtrictu pro beſtijs per eos emendis, & extrahendis pro vt ſupra & qui fraudem commiſſerit puniatur in dictis locis Limoni, & Aluernandi pœna prædicta conſtito de tranſgreſſione per propriam confeſſionem fraudantis aut per iuramentum accuſatoris cum vno teſte idoneo ita quod circa huiuſmodi caſum de beſtijs emendis, & extrahendis inter dictas partes æqualitas ſeruetur.

Item fuit actum tranſactum, & conuentum inter dictas partes quod homines Cunei, & diſtrictus poſſint liberè, & impunè Boſchare in nemoribus ſiluaticis, & communibus dictorum locorum Limoni, & aluernandi vbicunque homines dictorum locorum communiter boſcare poſſunt, & inde lignamina magna, & parua cuiuſcunque maneriæ extrahere à dictis locis, & eorum territorio pro conducendo in Cuneo, & diſtrictu abſque ſolutione alicuius Gabellę, vel alterius impoſitionis ſemper, & quoties ipſis hominibus Cunei, & diſtrictus placuerit, & videbitur expedire ſine difficultate quacunque vel alio impedimento eiſdem hominibus quomodolibet inferendo.

Item fuit actum tranſactum, & conuentum inter dictas partes declarando aliud capitulum dictæ conuentionis antiquę mentionem faciens de repræſalijs non concedendis hominibus Cunei, & diſtrictus aduerſus homines dictarum communitatum Limoni, & Aluernandi: Et vice verſa hominibus dictarum villarum aduerſus homines Cunei, & diſtrictus, &c. qđ pro aliquo debito hominum Cunei, & diſtrictus, ſiue credito, & vice verſa hominum limoni, & Aluernandi de cætero nullum poſſit concedi cambium ſiue arreſtum niſi duntaxat contra principales debitores ſi reperiantur perſonaliter in loco contractus, vel in diſtrictu ipſius loci contractus qui principales debitores poſſint detineri, & arreſtari in loco, & foro ſuorum creditorum ſi ibidem reperti fuerint eis modo, forma, & ſalario quibus proprij diſtrictuales detinentur.

Et illud idem intelligat de ſequeſtris bonorum vtriuſque partium, ita vt nullum poſſit fieri ſequeſtrum niſi dũtaxat de bonis principalis debitoris, hoc tamen ſaluo, & intellecto, quod iuſticia miniſtrari debeat, & miniſtreſ per officiales vtriuſque partium de principalibus debitoribus ſecundum, quod inferius declaratur, videlicet quod ſi aliqs diſtrictualis Cunei recipere debuerit ab aliqua perſona, de locis prædictis limoni, & aluernandi, quauis de cauſa teneatur creditor accedere ad locum, & forum debitoris, & inde per ſe vel per procuratorem aut nuncium ſpecialem petere iuſtitiam de ſuo debitore, & fidem facere de debito per confeſſionem debitorum vel per duos teſtes, ſi debitum fuerit à libris decem ſupra, & à libris decem infra per vnum teſtem ſummariè receptum, & ſine ſcriptura quibus creditoribus fiat expeditio infra decem dies à die qua debitum petierunt coram officiali curiæ per condemnationem,

& inde

& inde executionem per perſonarum ipſorum debitorum arreſtationē ſi perſonaliter apprehēdi poſſint, vel alias in eorum abſentia per captionem ſubhaſtationem, & ablationem pignorum ſi reperiantur, & in defectum pignorum per extimationem aliorum bonorum ſecundum traditam formam, per ſtatuta dictorum locorum, vel alicuius eorum in quo debitum peteretur, alias autem in defectum iuſtitiæ, ſicut præmiſſum eſt non miniſtratę conſtito prius de diligentia creditoris, & de debito poſſit concedi cambium contra ſubditos, ſiue diſtrictuales Cunei, vſque ad ſolutionem debiti de quo conſtaret, & expenſarum competenter taxatarum, niſi forte debitor à quo debitum peteretur foret abſens à tota iuriſdictione dictorum locorum, & nulla bona poſſidens in locis prædictis, quo caſu nullum ex tali debito concedi poſſit cambium attento, qđ inannis eſt actio, quam inopia debitoris excludit. Hoc etiam ſaluo, & intellecto, quod prædicta locum non habeant quantum eſt ad debitores, qui per publica inſtrumēta eſſent ſubmiſſi ad hoſtagia tenenda vel ad ſolutionem faciendam in Cuneo vel diſtrictu quos debitores ſic ſuppoſitos, & obligatos facta fide de obligatione officiales dictorum locorum teneātur detinere, & compellere ad ipſa hoſtagia tenēda ac ad ſolutionē faciendā in loco Cunei, vel aliunde vbi eſſet conuentum ſolutionem debiti fieri debere omnibus modis, & viis quibus fieri poſſet fortioribus, alias autem in defectum iuſtitiæ, in his non miniſtratę contra ipſos debitores obligatos etiam concedi poſsit cambium contra diſtrictuales dictorum locorum niſi pariter obſtaret abſentia, & inopia debitoris ſicut præmiſſum eſt. Et vice verſa fuit actum, & trāſactum inter dictas partes, quod illud idem ſeruetur, & locum habeat hominibus dictorum locorum Limoni, & aluernandi recipere, & habere debentibus ab hominibus Cunei, & diſtrictus quacūque de cauſa in futurum prout, & quemadmodum ſupe rius eſt expreſſum de verbo ad verbum abſque vlla diminutione, ita quod in his omnibus inter dictas partes, quo ad debita ſiue credita ſupradictorum diſtrictualium vtriuſque partium ęqualitas, & ęqualis ordo ſeruetur ſicut conuenit, & decet quemadmodum ſi omnia forent, hic expreſſa quæ ſuperius continentur. Item fuit actum tranſactū, & conuentum inter dictas partes per quoddam aliud capitulum dictæ conuentionis antiquæ faciens mentionem de libris vigintiquinque, in quibus dictæ communitates Limoni & Aluernandi perpetuo annis ſingulis in quolibet feſto ſancti Martini tenentur quemadmodum in dicta conuentione plenius continetur. Et ſimiliter quoddam aliud capitulum eiuſdem conuentionis faciens mentionem de certis clientibus, ſiue ſtipendiarijs concedendis in certis caſibus ad inuicem per dictas partes inſuper, & omnia alia capitula dictę conuentionis, quibus non eſt derogatum per huiuſmodi tranſactionem, ſeu de quibus non fit expreſſa mentio in præſenti tranſactione ſint, & eſſe intelligantur etiam confirmata, & approbata à partibus ſupradictis, ita quod plenam obtineant roboris firmitatem in illis tantummodo partibus prædictis, & paſſibus in quibus non eſt per præſentem tranſactionem prouiſum declaratum, & conuentum, quam quidem tranſactionem ipſe partes voluerunt pleniſſimam obtinere roboris firmitatem, & peream eſſe dictis antiquis conuentionibus in dictis paſſibus, & punctis ſuperius declaratis expreſsè derogatum.

Item

Item fuit actum, & conuentum inter dictas partes, quod ſi forte in futurum aliquo caſu ſuprauenientе aliqua dubietas, vel obſcuritas oriretur, ſeu oriri vel ſuſcitari contingat inter dictas partes prætextu dictarum conuentionum antiquarum, ſiue huiuſmodi tranſactionis, vel alicuius capituli aut partis earundē eo caſu teneantur ipſę partes, & ſint aſtrictę de tali dubio, & obſcuritate ſtare pęnitus deciſioni, declarationi, arbitrio, & determinationi duorum proborum virorum à partibus ipſis eligendorum ſimpliciter, & ſine compromiſſo aut alia ſolennitate quacunque, quos probos viros in omni caſu dubij euenientis ad ſimplicem poſtulationem alterius partium teneantur in continenti eligere ambę partes, & nominare vnum pro qualibet parte niſi fortè de maiori numero inter ſe partes ipſe conuenirent ſub pœna librarum centum Aſtenſium, pro qualibet parte contrafaciente, ſiue non obſeruante electionem, & arbitrium dictorum proborum virorum totiens committenda, quotiens eſſet à partibus ſiue per alteram partium contra factum, & applicanda pro dimidio curiæ, in qua eſſet accuſata, vel denuntiata ipſa pœna, & pro alia dimidia parti obſeruāti, & querelāti: quæ pœna non intelligatur commiſſa donec fuerit accuſata ita quod totiens poſſit accuſari quotiens, eſſet contrafactum, vt ſupra. Quæ omnia, & ſingula prout ſuperius dicta ſunt, & narrata dictæ partes ſuperius nominatæ, quibus ſupra nominibus promiſſerunt attendere perpetuo, & inuiolabiliter obſeruare ipſaque ſemper firma, & rata habere, & tenere in nulloque contrafacere dicere vel venire, & ſe vel alium vel alios aliqua ratione vel cauſa de iure vel de facto ſub obligatione omnium bonorum dictorum dominorum comitum atque prædictarum communitatum præſentium, & futurorum refectione damni, & intereſſe propter ea ſupportandorum in iudicio vel extra.

De quibus omnibus mihi notario iuſſum fuit fieri tot publica inſtrumenta, quot erunt neceſſaria partibus ſupra dictis eiuſdem tenoris ad dictamen cuiuſcunque ſapientis facti ſubſtantia non mutata.

Sequuntur nomina dictorum Sindicorum, & conſiliariorum communis Cunei in dicto conſilio exiſtentium, primo Antonius Malaboza, & Matheus de Aceglio, Sindici. Dominus Ioannes Tortelli legum Doctor, Carolus de Alaxis, Ghiorus Malopera, Paganinus de Puteo, Ioanninus Graſſus, Iacobinus Dulcis, Laurentius de Vialli, Iacobinus Luperia, Ioannotus Taurinus, Paſerius Brocardus, Iacobus Callandri, Ioannes Catanius, Franceſchinus Corui, Ludouicus Rubati, Antonius de la Coſta, Luquinus Moreti, Antonius Bechi, & ego Ludouicus Sordaneli.

SEQVITVR Tenor dictarum conuentionum antiquarum, & deinde mandatorum Dictorum Dominorum Communitatum, & ſucceſſiuè dictarum Communitatum Limoni, & Aluernandi. Et primo dictæ conuentiones, quemadmodum in dictis publicis inſtrumētis manibus publicorum notariorum ſcriptis, & ſignatis ſigno Tabellionatum eorum de verbo ad verbum continentur.

ANNO

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſe ptuageſimo nono indi-
tione ſeptima,& die Lunę vigeſima prima menſis Auguſti in præ
ſentia teſtium infraſcriptorum. Hæc ſunt pacta tractata, & con-
firmata inter Nobilem virum dominum Petrum Balbum comitē
Vintimilij ex vna parte,& dominos Philippum de Gaſtaldis,& conſules, nota
rios, & ſindicos communis Cunei ad hæc electos nomine communis Cunei
ex altera. Primo quod fiat & ſit fraternitas inter prædictum dominum Pe-
trum Balbum per ſe,& per homines communitatis Vintimilij, qui per ſe di-
ſtinguũtur videlicet per homines Tende,Brigæ,Saurgij,Brelij,Pignę,Rochetę
Caſtellarij Buxanæ,Limoni, & Aluernandi,& ſuos coadiutores qui non eſſent
inimici communis Cunei,& homines Cunei,& diſtrictus, ita quod ſemper te-
neatur vna pars iuuare alteram bona fide,ſaluo quod commune Cunei non te-
neatur iuuare dictum dominum Comitem contra communitatem Aſt. nec
contra.

Item nec dictus dominus comes vel homines comitatus teneantur iuua-
re homines Cunei,& diſtrictus contra dominum regem Sciciliæ, nec contra
dominum Principem vel eorum ſucceſſores in comitatu prouinciæ vel alibi
nec contra cõmune Ianue vel poſſe ſicut promiſſit dictus dominus comes præ
dictis ſindicis nomine communis Cunei reciprocè dare ſemel in quolibet an
no ſi neceſſe fuerit octoginta Baliſtarios de dicto commitatu vel aliunde ad
ſeruitium communis Cunei per quindecim dies ad expen. hominum prædicti
comitatus ſtantes dicti Baliſtari in Cuneo vel diſtrictu Cunei per dictos qn-
decim dies,& ſi homines Cunei vellent illos retinere, vltra quindecim dies
poſſint hoc facere ſi ipſis Baliſtariis placuerit expenſis Cunei, & diſtrictus, &
poſſe Cunei tantum.Eodem modo & forma homines Cunei teneantur dare
octoginta clientes idoneos, & ſufficientes munitos ſemel in Anno quolibet
ſi neceſſe fuerit ad ſeruitium dicti domini cõmitis, & hominum committatus
prædicti in p̃dicto cõmittatu Vintimillij in terra prædicta quã tenet per quin
decim dies,expenſis communis Cunei,& ſi vltra prædictos quindecim dies p̃-
dictus dominus Comes vel homines committatus vellent eos retinere poſſint
hoc facere ſi prædictis clientibus placuerit expenſis hominum comittatus.

Item ſi aliqua partium indigeret maiori auxilio, & requireret aliam partē
de maiori auxilio teneat̃ pars requiſita modo ſecũdũ cõditionem temporum,
& ſecundum ſtatum ſuum iuuare partem requirentem ſicut boni amici, & fra-
tres debent ſe iuuare adinuicem in ſuis neceſſitatibus.

Item promiſſit, & conuenit dictus dominus Petrus Balbus dare, & dari fa-
cere ab hominibus Limoni, & Aluernandi prædictis ſindicis nomine commu-
nis Cunei annuatim in feſto Beatę marię de medio Auguſti libras vigintiquin
que Aſt. de quibus libris vigintiquinque Aſt. ſoluant homines Limoni li-
bras quindecim dicto communi Cunei ſiue alteri pro eo, & homines Al-
uernandi libras decem Aſt. dicto communi Cunei, ad terminum ſu-
pradictum.

Item prædicti ſindici remiſſerunt nomine communis Cunei,ſaluis dictis li-
bris viginti quinque Aſt. dicto Domino Petro Balbo omne ius, quod commu
ne Cunei

ne Cunei habet,vel habere videtur in Limono vel Aluernando facientes ei-
dem pacem finem, & remiſſionem omnimodam abſolutionem, & pactum de
non petendo, & omnium iure actione,ratione,& iuris dictione,quod & quam
dictum commune Cunei haberet, vel habuiſſet in Limono vel Aluernando
promittentes dicti ſindici nomine dicti communis Cunei dictam promiſſionē
habere ratam,& firmam,& in nullo contrauenire.

Item promiſſerunt dicti ſindici,& conuenerunt dicto domino Petro Balbo
nomine dicti communis Cunei ſe ſe facturos, & curaturos quod homines Li-
moni,& Aluernandi ſint liberi,& franchi in Cuneo,& in poderio Cunei,& in
villaris Cunei,vt ſunt homines Cunei,& diſtrictus. Et ita quod animalia Limo
ni,& Aluernandi,& homines dictorum communium paſchare, & ſtare poſſint
ſine ſolutione alicuius paſcheri,ibi vbi animalia hominum Cunei,& diſtrictus
poſſint paſchare & ſtare. Et ad mercatum Cunei dicti homines Limoni, &
Aluernandi poſſint emere,& vendere mercandiam, & blada extrahere ver-
ſus Limonum,& Aluernandum ad eorum voluntatem ſicut poſſunt facere ho
mines Cunei,& diſtrictus,ita quod ſint ita liberi,& franchi in Cuneo, & diſtri
ctu ſicut ſunt homines Cunei:eodem modo homines Cunei, & diſtrictus poſ-
ſint boſchare & paſchare & ſint ita liberi in Limono,& Aluernando,& in ter-
ritorio eorundem,vt ſunt homines Limoni,& Aluernandi.

Item dicti ſindici,& dictus Dominus Petrus Balbus voluerunt, & firmaue-
runt nomine hominum communis Cunei, & diſtrictus, & nomine hominum
comittatus Vintimilij,& hominum Limoni,& Aluernandi omnia inſtrumenta
cambij facta hominibus Cunei,& diſtrictus verſus aliquem de dicto commit-
tatu vel aliquam vniuerſitatem de dicto committatu, vel verſus homines Li-
moni,& Aluernandi,vel è contrario facta hominibus prædicti committatus,
vel Limoni vel Aluernandi verſus commune Cunei vel aliquem de Cuneo,
vel diſtrictu ſint caſſa,& irrita & nullius valoris ſcilicet, ſolummodo homines
Cunei & diſtrictus audiantur apud dominum Petrum Balbum vel apud eum
qui ſit loco ipſius aut in Limono,& Aluernando de iure ſuo tam reali, quàm
perſonali ſiue agatur realiter ſeu perſonaliter contra aliquem debitorem, &
committatus dicti Domini Petri Balbi, vel qui habitet in dicto committatu,
vel in terra quam tenet qui dare debeat aliquid alicui de Cuneo vel diſtrictu,
ita quod ſors debiti ſoluatur per dictum dominum Petrum Balbum,vel per eũ
qui ſit loco ipſius creditoribus Cunei, & diſtrictus, & damna, & intereſſe, &
expen. quæ et quas feciſſent modo in antea,& quæ ſolui debebunt de iure et
ſi debitor haberet mobilia primo de mobili fiat ſolutio,ſi mobile non haberet
de immobili fiat ſolutio ſi vero aliquid non haberet non appellatur ulterius
quouſque ueniſſet ad meliorem fortunam,eo addito quod ſi aliquis de Cuneo
vel diſtrictu petijſſet ius coram dicto Domino Petro Balbo vel aliquo qui ſit
loco eius de aliquo debitore,qui ſit de committatu dicti domini Petri Balbi,
vel de terra quam tenet et iuraſſet ſe nil mobile, et immobile habere quod ſi
poſtmodum reperiatur aliquid de ſuo in Cuneo videlicet diſtrictu poteſtas
ſeu iudex Cunei poſſit dictas res facere ſaxire,et de rebus ſaxitis ius proſequa

tur coram dicto domino Petro Balbo, et ad petitionem dicti Domini Petri Balbi, res saxitæ ponantur, & præsententur in eius forcia, & eas teneat donec inter partes ius esset determinatum, & cognitum nisi staret per Dominum Petrum Balbum quominus ius redderet prædictis hominibus Cunei, & districtus: eodem, modo & forma fiat solutio creditoribus committatus Vintimillij, & hominibus Aluernandi & Limoni si reperiãtur in Cuneo, vel districtu hic debitores, & compellantur ad solutionem eodem modo & forma vt supra.

Item quod illi de Cuneo, vel districtu Cunei qui habent aliquam Signoriã in Limono vel Aluernando non debeant habere vel recipere fidelitatem vel homagium ab aliquo homine Limoni vel Aluernandi, & quod nó possint vel debeant colligere vel colligi facere pedagia in dictis locis Limoni, & Aluernandi vel in territorio eorundem sed habeant, & habere debeant omnes reddi tus suos quos capere, & habere solebant antiquius, saluo eo, quod illud pedagium quod habere debent in valle vermenagliæ possint colligere, & colligi facere in Robilanto vel alibi in posse Cunei.

Item quod omnes præsaliæ malefacta, & damna data aliqua occasione vel modo hinc inde vsque in hodiernam diem remittantur, & remissa intelligantur ex nunc.

Item voluerunt prædicti sindici, & pacto firmauerunt cum dicto domino Petro Balbo, & ipse dominus Petrus Balbus voluit, & consensit quod Gulielmus maria, & eius filij, & Iacobus Baudinus, & filius Odonis Baudemarij cum banniti & forestati Limoni sint extra bannum, & quod possint stare in Limono, & in posse Limoni, & eisdem restituantur bona sua immobilia videlicet ea quæ dictus dominus Comes non dedit: versa vice voluerunt dicti sindici, & promisserunt dicto domino Petro Balbo nomine communis Cunei, quod facient extrahi de Bannis communis Cunei Gulielmum de Roaschia, & fratres, & Iulium don Michael, & fratres, & omnes de parte ipsorum & Raymondum Moxardum cui dicit remochus de Badinis, & missum soleglium de intraque, ita quod possint stare in Cuneo, & districtu Cunei, & quod restituẽtur eisdem omnia bona sua immobilia videlicet ea, quæ commune Cunei non dedit.

Item quod homines Cunei, & districtus non debeant redducere in Cuneo, vel in posse Cunei aliquem proditorem, vel forestatum dicti domini Comitis vel aliquem qui forestaretur vel forestatus esset hinc retro per dictum dominum Comitem vel eius efficiales, imo teneantur homines Cunei illum reddere prædicto domino Comiti vel alijs pro eo, & hoc suo posse facere teneantur eodem modo & forma dictus dominus Comes non debeat redducere aliquẽ proditorem vel forestatum communis Cunei vel aliquem qui forestaretur vel forestatus esset per commune Cunei vel per officiales Cunei imo teneatur dictus Dominus Comes illum reddere dicto communi Cunei, & hoc pro posse facere teneatur.

Item quod homines dicti domini Comitis non debeant ire vel stare in aliquo loco ad soldum vel alio modo contra commune Cunei, vel districtũ Cunei, eodem modo, & forma quod homines Cunei vel districtus non debeant

ire,

ire, & stare in aliquo loco ad soldos, vel alio modo contra dictum Dominum comitem vel aliorum homines atque locorum.

Item promisit dictus Dominus Comes prædictis sindicis nomine communis Cunei, quod ipse Dominus Comes dabit in securitate commune Montisregalis dicto communi Cunei, quod ipse attendet, & obseruabit, & attendere, & obseruari faciet cum effectu pacem prædictam, & attendere, & obseruari faciet bona fide. Eodem modo, & forma prædicti sindici promisserunt nomine communis Cunei, eidem domino comiti dabunt securitati, commune prædicti Montisregalis, quod commune Cunei attendet, & obseruabit, & attendere, & obseruari faciet cum effectu.

Item promisit Dominus comes prædictis sindicis, & ipsi sindici nomine dicti communis Cunei promisserunt dicto Domino comiti, & ad Sancta Dei Euangelia corporaliter iurauerunt attendere, & obseruare, & attendi, & obseruari facere pacem prædictam.

Item firmauerunt inter se dictus Dominus comes, & ipsi sindici nomine cõmunis Cunei, quòd de facto, & de ouibus Nicolai Toselli sit in arbitrio, & in pronuntiatione dominorũ Guilielmi Fauzoni, & Iacobi de Valle Ambassatorum communis Montisregalis, & quod idem dixerunt, & pronunciauerit sine scriptura, & libelli oblatione, & alia solẽnitate in dicti iuris ordinatione seruato, & non seruato sit ratum, & firmum, & ratam, & firmam prædicti sindici nomine dicti communis Cunei promisserunt ex vna parte sub pœna librarum vigintiquinque, &c. Et Dominus Comes suo nomine, & totius comitatus ex altera, quod si aliqua questio, siue ambiguitas, siue obscuritas oriretur inter ipsas partes super prædictis capitulis, vel occasione ipsorum capitulorũ, quod illa ambiguitas, seu obscuritas terminetur, & declaretur per prædictum commune Montisregalis, aut per illos quos eligere voluerint, & prædicta omnia promisserunt prædicti sindici nomine communis Cunei, & singularium personarum communis Cunei ex vna parte, & dictus dominus Comes suo nomine, & nomine omnium personarum, & vniuersitatum seu communitatum ex alia attendere, & obseruare sub pœna centum marcarum argenti quæ pœna totiens committatur quotiens contra factum fuerit pactis & supradictis capitulis, & pro prædictis omnibus attendendis, & obseruandis obligauerunt prædicti sindici bona ipsius communis, & dictus Dñs Comes bona sua, & totius comitatus omnia suprascripta pacta cõuentiones, in pleno cõsilio generali communis Cunei voce prẽconum, & sono campanæ more solito congregato de communi concordia fuerit confirmata, & confirmatæ per prædictos, & prædicta omnia dictæ partes iurauerunt ad sancta Dei Euangelia attendere, & obseruare. Actum Cunei super palatio præsentibus domino Culielmo Falzono, & Iacobo de Vale, & Nicolao Tallono Decano communis Cunei. Et ego **Ioannes de Sancta Zoglie.**

IN Nomine Domini, Amen. Anno eiusdem Domini millesimo quatricentesimo quadragesimo, Indictione tertia, die decima tertia mensis Augusti, notum sit cunctis tam præsentibus quam futuris; Quod Magnificus vir Dominus Ioannes Lascar ex comitibus Vintimili, & condominus Tendæ Limoni, & Aluernandi per se, & suos fecit constituit creauit, & solemniter ordinauit Magnificum Dominum Honoratum, etiam condominum dictorum locorum eius constituentis nepotem licet absentem suum certũ, & legitimum procuratorem actorem, & Nuncium specialem, & generalem, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec contra ad tractandum concordiam omnem, & singulam cum hominibus, & communitate Cunei, ad paciscendum, transigendum, conueniendum pactaque omnia, & singula ac quascunque conuentiones maximè tangentes factum grani cuiuslibet generis, & leguminum ac ét omnium, & quorumcunque animalium ad omnesque, & singulas transactiones fiendas, celebrandas, inhiendas cum dicta communitate, & hominibus Cunei ad confirmandum quæcumque pacta omnes, & singulas conuentiones olim factas inter Magnificos quondam comites Tendę, & Dominos Limoni, & Aluernandi ex vna parte, & præfatam communitatem, & homines Cunei ex altera, & pariter ad cõfirmandum omnes, & singulos processus omnia acta olim inter dictas partes ventilata, & agitatos, & etiam omnes sententias inter dictas partes latas ad agendum, & difiniẽdum, & ad substituendum vnum vel plures procuratores cum eadem potestate, & generaliter ad omnia, & singula facienda, quæ in præmissis, & circa præmissa erunt necessaria, & oportuna etiã si exigerent speciale mandatum, & quod dictus Dominus constituens facere posset si præsens personaliter esset, Dans, & concedens præfatus Dominus cõstituens prędicto suo procuratori generale mandatum cum libera administratione in omnibus præmissis, & promittens solemniter sub obligatione suorum bonorum mihi notario stipulanti, & recipienti nomine quorum interest, vel interesse poterit in futurum, vti publicę personæ se perpetuo habere ratũ gratum, & firmum, & validum quicquid per dictum suum procuratorem, & substituendum vel substituendos ab eo in prædictis omnibus vel circa, siue quolibet prædictorum actum fuerit pactum, conuentum, transactum, concordatum confirmatum, validatum, & substitutum ac etiam sub obligatione præmissa, renunciando beneficio nouę constitutionis, de fideiussoribus, & omni alij legum auxilio, & vlterius releuauit dictum suum procuratorem, & substituendum ac substituendos ab eo ab omni onere satisdandi sub dicta stipulatione, & obligatione promisit quod idem Dominus constituens me notario stipulante vt supra promisit attendere, & obseruare omnia, & singula præmissa, & nunquam contradicere vel venire per se vel aliũ directè vel indirectè sub prædictis obligatione vel renunciatione, de quibus omnibus, & singulis, idem Dominus constituens iussit, & mãdauit fieri debere publicum instrumentũ per me notarium infrascriptũ, actum Tendæ, videlicet in castro eiusdem loci præsentibus testibus Rogerio Caroca de Lauinia, Blasio Fontana de Pamperato, &

& Gulielmo Costa, ad contenta vocatis & rogatis.

Et ego Baptista Velius, de trioria Imperiali authoritate notarium ijs omnibus interfui vocatus, & rogatus scripsi hoc publicum instrumentum, & signo meo consueto signaui in fidem, & testimonium omnium præmissorum.

IN Nomine Domini, Amen. Anno eiusdem millesimo quadragentesimo quadragesimo, indictione tertia, die quintadecima mensis Augusti. Notum sit cunctis tam præsentibus quam futuris, quod congregatis, & conuenientibus infrascriptis consiliarijs loci Limoni facientibus, & complentibus totum consilium integrè dicti loci, in canonica Ecclesiæ dicti loci, vbi consilia dicti loci congregari solent, vnanimiter congregatis more solito ad sonum campanæ Magnificus, & potens vir Dominus Honoratus Lascarum, ex comitibus Vintimilij, & condominus ipsius loci pro se ipso, & eius successoribus vice, & nomine comitatus dicti loci cum consensu voluntate, & authoritate consiliariorũ prædictorũ ipsius loci præsentium, & vt prædictũ complentiũ integrum cõsiliũ loci antedicti quorũ nomina, & cognomina, inferius particulariter describẽtur.

Et primo Collinus Tosseli, Iacobus Tosseli, Ioannes Sibiliati, Petrus Tosseli, Odetus Morena, Raymundus Durandus, Ioannes Ghisulphus, Antonius Caballus, Gulielmus Marinus, Ioannes Alionus, Franciscus Cabana, & Ioánes Tranquorius, & ipse Dominus, & singuli cõsiliarij prædicti pro se ipsis ac vice, & nomine dictæ communitatis cum authoritate licentia, & expresso consensu dicti Domini Honorati, omnibus melioribus modis vijs, & formis, quibus potuerunt de iure fecerunt creauerunt, constituerunt, & ordinauerunt, videlicet discretum virum Bersanum Baudinum de Limone, ibidem prę-sentem, & hoc præsens mandatum sponte suscipientem eorum, & dictæ communitatis nomine sindicum actorem procuratorem, & certum nuncium specialem, & generalem in causa tractandi concordiam cum hominibus, & communitate Cunei, & ad paciscendum, transigendum, conueniendum ad pactaq, conuentiones, & quascunque trãsactiones, & quaslibet nomine communitatis Limoni prędictæ cum præfatis hominibus, & ciuitate Cunei faciendũ celebrãdũ, & ad confirmandum quæcumque pacta, quod granum quodlibet, & omne genus leguminis, extrahi possit à Cuneo per homines dicti loci ac omnes, & singulas conuentiones olim initas, & celebratas inter Magnificos, & potẽtes Dominos Tẽde Limoni, & Aluernãdi ex comitibus Vintimilij ex vna parte, & cõmunitatem Cunei, & eius tunc sindicos ex alia, nec non ad confirmandum omnes, & singulos processus inter dictas partes agitatos omnes, & sententias inter eas partes latas, & generaliter ad omnia, & singula præmissa necessaria, & opportuna ad etiam omnes, & singulas lites motas, & mouendas tam contra dictã communitatem Cunei, quam contra quamlibet aliam personam ad agendum, & diffiniendum, & omnia alia faciendum quæ ipsi constituentes facere possent, si personaliter interessent etiam si talia essent, quæ mandatum exigerent specialissimum dantes, & concedentes dicti cõstituentes dicto eorum, & dictæ communitatis sindico plenam liberam administrationem, & mandatum plenissimum in omnibus, & singulis supradictis promittentes prefati constituentes

per

per solénem stipulationem, & sub obligatione omniũ suorum, & dictæ communitatis Bonorum mihi notario stipulanti ac recipienti, vt personæ publicę nomine,& vice omnium,& singulorum quorum interest vel potest in futurum interesse se ratum gratum, & firmum perpetuo habiturum quidquid per ipsum sindicum in prædictis, & quolibet prædictorum actum fuerit pactum conuentum,transactum,concordatum, firmatum validatum, & inualidatum, promittentes insuper omne iudicatum cum suis clausulis omnibus, & subdẽtes de prædictis omnibus, & singulis in omnem casum futurum pro dicto horum sindico;& se principales constituentes versus me dictum notarium stipulantem, & acceptantem nomine quorum interest, vel in futurum poterit interesse sub obligatione præmissa. Renunciantes beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus,& omni legum auxilio. Et præmissa omnia dicti constituentes prædictis nominibus promisserunt in manibus mei notarij, vt supra stipulanti, & acceptanti attendere, & obseruare, & nunquam contra facere dicere vel venire de iure vel de facto, per se ipsos nec per alios directè vel indirectè sub dictis renuntiationibus,& obligatione. De quibus omnibus iussum fuit fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum actum Limoni loco quo supra præsentibus nobili Christophoro de Alaxis de Cuneo, Antonio Duua de Moxio,& Antonio Salerio de Yporigia,testibus ad prẹmissa vocatis,& rogatis. Et ego Cominus Caballi de Limono publicus Imperiali authoritate notarius præmissis omnibus, & singulis dum sic vt præmittitur agerentur,& fierent vna cum prænominatis testibus præsens fui vocatus hoc prẹsens publicum instrumentum rogatus scripsi, & signo meo solito signaui in testimonium omnium præmissorum.

IN Nomine Domini, Amen. Anno eiusdem Domini millesimo quadrincentesimo quadragesimo, inditione tertia, die tertia decima mensis Augusti. Notum sit cunctis præsentibus & futuris,huius publici instrumẽti seriem inspecturis,& lecturis & congregatis, & conuenientibus infrascriptis consiliarijs loci Aluernandi facientibus, & complentibus totum consilium dicti loci integre in domo communis, vbi consilia dicti loci sæpe congregari solent, & vnanimiter coadunati more solito ad sonum campanæ, Magnificus Dominus Honoratus Lascaris ex comitibus Vintimilij, & condominus ipsius loci præsentium, & vt prædicitur comptentium integrum consilium loci ante dicti quorum nomina,& cognomina infra particularitẽr describuntur. Nomina consiliariorum sunt hæc, & primo Ludouicus Galfredi, Gulielmus Taxonus, Ioannes Giraudi, alias Turchi, Gulielmus Dalmaci, Valentinus Giraudi,alias Turchi, Antonius Ramondi, Ioãnes Carretus, Petrus Rici,Gulielmus Quatron,Ludouicus Iordani, Arnulphus Peregrini, Ioannes Oliueri,Ioannes Dalmaci,Petrus Pellegrini, & Martinus Rubeus, & ipsi omnes singuli consiliarij prædicti per se ipsos ac vice dictæ communitatis ex authoritate licentia, & expresso consensu dicti Domini Honorati,omnibus melioribus modis viis, & formis quibus potuerunt de iure fecerunt,

runt,creauerunt,constituerunt,& ordinauerunt Ioannem Taxonem Ioannem Giraudum alias Turchi, & quemlibet eorum in solidum licet absentes eorum & dictæ communitatis sindicos actores procuratores, & legitimos nuncios speciales, & generales in causam tractãdi concordiam cum hominibus,& communitate Cunei,& ad paciscendum transigendum conueniendum ad pactaque conuentiones quæcunque & quascunque transactiones quaslibet nomine dictæ communitatis Aluernan di cum prædictis communitate,& homini bus Cunei faciendũ iniendum, & celebrandum & ad confirmandum quæcunq; pacta & conuentiones. primo granum, & omne genus leguminis extrahi possint à Cuneo per homines dicti loci,itidem omnes & singulas cõuentiones olim initas,& celebratas inter Magnificos comites tendæ, & dominos Aluernandi ex vna parte,& prædictam communitatem Cunei, & eius tunc sindicos ex altera,necnon ad confirmandum omnes, & singulos processus inter dictas partes transactos omnes, & sententias inter eas partes latas, & generaliter ad omnia & singula ad præmissa necessaria,& opportuna ad omnes etiam & singulas lites moras,& mouendas tam contra dictam communitatem Cunei quã còntra quanlibet aliam personam ad agendum,& diffiniendum, & omnia alia faciendum,& facere possent si personaliter interessent etiam alia si qua essent, quæ exigerent mandatum specialissimum ita tamen quod non sit melior conditio occupantis. Sed quod vnus dictorum sindicorum incẹperit alter possit mediare,& finire dantes,& concedentes dicti constituentes dictis eorum,& dictæ communitatis sindicis,& cuilibet illorum plenam licentiam administrationem, & mandatum plenissimum & singulis supra dictis promittentes præfati constituentes per solemnem stipulationem,& sub obligatione omnium suorũ, & dictæ communitatis bonorum me not. stipulante, & recipiente vt persona publica nomine & vice omnium quorum interest vel potest in futurum interesse se gratum ratum, & firmum perpetuo habituros quicquid per dictos sindicos vel alterum ipsorum in prædictis & circa prædicta siue quolibet prædictorum actum fuit pactum conuentum transactum, & concordatum confirmatum validatum,promittentes insuper soluere omne iudicatum cum suis clausulis omnibus,& fideiubentes de prædictis omnibus, & singulis in omnem casum futurum per prædictos consindicos,& se principales constituentes versus me dictum not.stipul.& recipien.nomine quorum interest vel in futurum poterit interesse sub obligatione præmissa,renũtiando beneficio nouę cõstitutionis de fideiussorib. omni legum auxilio, & præmissa omnia dicti constituentes prædictis nominibus promisserunt in manibus mei notarij,vt supra stipulantis & recipientis attendere,& obseruare,& nunquam contrafacere dicere vel venire de iure nec de facto per se ipsos nec per alios directè vel indirecte sub dictis renunciationibus, & obligationibus de quibus fuit iussum fieri publicum instrumentum dictaminę sapientis,actum in Aluernando in Domo communitatis præsentibus Magnific. & Magnific. Henrico de Campiglione, & Ludouico Rubei de Aluernando omnibus testibus ad præmissa vocatis, & rogatis, & ego Antonius Iordani de Aluernando notarius imperiali authoritate constitutus hanc cartam rogatus scripsi, & signum meum consuetum

tum ſubſignaui in teſtimonium omnium præmiſſorum.

EGo Ludouicus Sordanelli de Cuneo publicus Imperiali authoritate notarius prædictęque communitatis ſcriba prædictis omnibus,& ſingulis dum ſic vt præmittitur agerentur, & fierent in conſilio generali Cunei præſens fui vocatus & rogatus, eaque omnia prout ſupra in præſenti inſtrumento deſcribuntur fieri vidi,& audiui præſentibus teſtibus ſupradictis, & inde notam ſumpſi ad poſtulationem partium prædictarum ex qua hoc præſens publicum inſtrumentum per alium fidelem notarium,me alijs arduis occupato negotijs vigore poteſtatis mihi attributæ extrahi,& Groſari feci,& quoniam facta diligenti collatione de huiuſmodi inſtrumento cum originali nota vtrunque concordare inueni,ideo hic me ſubſcripſi,& ſignum meum cõſuetum appoſui in teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum.

Dechiaratione de conuentione tra la communita di Cuneo, & la communita de Limone, & Aluernante, ſopra il particular delle Caſtagne.

8. Ottobre, 1444.

IN Nomine Domini Amen, Anno domini Mileſimo quatricenteſimo quadrageſimo quarto inditione ſeptima,& die octaua menſis Octobris actum in Cuneo videlicet in conſiliaria dicti loci Cunei præſentibus egregio legum doctore D. Petrino de Fauzonio de Monteregali Antonio Moriſio notario de Bugella, & Paſerio Brocardi notario de Cuneo teſtibus vocatis, et rogatis notum ſit cunctis tam præſentibus quam futuris, quod cum iam dudum poſt factas, & initas quæſtiones antiquas inter communitatem Cunei,ex vna parte et Dominos ac communitates Limoni, et Aluernandi ex alia parte fuerint exortæ,et ſuſcitate inter eaſdem partes differentię quã plures et dubia multa tam prætextu tractæ,et Gabellæ grani, et marcenchorũ ad opus,et vſum incollarum dictorum locorum Limoni,et Aluernandi neceſſariorum,et à loco Cunei et diſtrictu extrahendorum quam etiam multis,et diuerſis alijs reſpectibus tandem deuentum fuerit per eaſdem communitates ad declarationem dictarum conuentionum antiquarum ſiue differentiarum circa ipſas conuentiones ortarum modis, et formis pleniſſimè compræhenſis, et declaratis in inſtrumento trãſactionis ſuper hoc facto ſumpto, et recepto per me Ludouicum Sordanelli notarium publicum ſub anno Domini Milleſimo quatricenteſimo quadrageſimo inditione tertia,et die decima ſeptima menſis Auguſti,nouiſſimè autem exorta fuerit quæſtio,et differentia inter dictas communitates Limoni,et Aluernandi,ex vna parte et communitatem Cunei prædictam ſiue collectorem, et exactorem Gabellæ Caſtanearum ex alia parte prætextu,

textu,& occaſione dictæ Gabellæ caſtanearum quam dicta communitas Cunei,ſeu dictus Gabellator exigere intendebatur, & intendebat à perſonis dictarum communitatum Limoni,& Aluernanti, & tam de caſtaneis quas percipiunt,& colligunt in eorum proprijs poſſeſſionibus in finibus diſtrictus Cunei quam alibi extra dicta loca ſituatis,& demum ad ipſa loca,& eorum domicilia conducunt per territorium Cunei,& per diſtrictum eiuſdem loci pro quib. caſtaneis dicebatur,quod parte dictorum de Limono,& Aluernanto incollas dictorum locorum eſſe liberos,& immunes ab omni onere conſignationis,& ſolutionis Gabellę Cunei obſtante continentia dictarum conuentionnm quibus expreſſe cauetur,quod homines Limoni, & Aluernanti ſint, & eſſe debeant ita liberi,& franchi in Cuneo,& diſtrictu ſicut ſunt homines Cunei, & diſtrictus,& vice verſa homines Cunei,& diſtrictus ſint ita Franchi, & liberi in Limono,& Aluernanto ſicut ſunt homines Limoni, & Aluernanti cuius quidem conuentionis prætextu dicebatur pro parte dictorum de Limono,& Aluernanto conſueuiſſe ſemper quaſcunque caſtaneas eorum ipſas quas percipere ſolẽt in eorum poſſeſſionibus vel alienis,& demum conducunt per fines,& diſtrictũ Cunei ad loca prædicta Limoni,& Aluernanti necnon & aliàs quaſcunque caſtaneas emptas ab eis pro eorum vſu conducere,& extrahere libere, & abſque ſolutione alicuius Gabellæ temporibus retroactis abſque contradictione quacunque contrariante tam ſciente dicto Gabellatore: ſuper quibus quæſtionibus,& differentijs volentes dictæ partes viam litigiorum euitare toto poſſe,& ad concordiam ac amicabilem cõpoſitionem deuenire pro cõſeruatione antiquæ confederationis, & amicitiæ iam dudum inter eaſdem partes contractæ inſpecta ſemp negotij huius,& differẽtiarũ prædictarũ veritate hinc eſt, quod conſtituti in conſiliaria communis Cunei coram ſpectabili domino tribaldo laſcari ex comitibus Vintimilij vario Cunei & diſtrictus meque notario,& teſtibus ſupraſcriptis egregius legum doctor dominus Ioannes Tortelli, & nobilis Iacobus dulcis tanquam ſindici,& procuratores ac ſindicario, & procuratoris nominibus communitatis Cunei habeutes ad infraſcripta per agenda plenam poteſtatem,& authoritatem à generali conſilio dictæ communitatis, vt apparet in libro reformationum dicti conſilij pro qua communitate promiſerunt de rato ſub obligatione omnium ſuorum bonorum nomine & vice dictæ communitatis Cunei,& ſingularum perſonarum eiuſdem ex vna parte, & pro uidi viri caminus cabarius de Limonio,& Gulielmus Taſſonus de Aluernãto tanquam ſindici,& procuratores ac ſindicario,& procuratorio nominib. communitatum prædictorum locorum Limoni,& Aluernanti,pro quibus communitatibus promiſerunt de rato ſub obligatione omnium ſuorum bonorum præſentium,& futurorum ex alia parte cũ conſenſu voluntate,& authoritate Magnifici militis domini honorati ex comitibus prædictis Vintimilij domini tendæ ac locorum prædictorum Limoni, & Aluernanti ibidem præſentis volentis,& conſentientis,ac authoritatem eiſdem ſindicis,& procuratoribus præſtantis ipſi omnes ſindici,& procuratores nominibus quibus ſupra nomineque, & vice dictarum communitatum,& ſingularum perſonarum earundem ſucceſſorumq; ſuorum omnib. modo via iure & forma, quibus melius firmius, & validius

validius potuerunt de præmiſſis quæſtionibus,& differentiis ac dependentib. ex eis pro declaratione ſupradictæ conuentionis ad infraſcriptam cõcordiam tranſactionem,& pacta deuenerunt imperpetuum valituras,& duraturas ac valitura, & duratura.

Et primo declarando ſupradictam conuentionem in ea parte in qua continetur quod homines Limoni,& Aluernandi ſint,& eſſe debeant ita liberi, & Franchi in Cuneo ſicut ſunt homines Cunei nulla tamen facta mentione expreſſa de tracta,& Gabella Caſtanearum attento quod reuera ita fuit,& eſt intelligendum de tracta & Gabella Caſtanearum quemadmodum in dictis conuentionibus tractatum, & declaratum fuit in dictis nouiſſimis conuentionibus, grani conſiderato quod dicta libertas conceſſa hominibus Limoni,& Aluernandi quod ſint ita Franchi in Cuneo ſicut ſunt ipſi homines Cunei, ſuum non ſortiretẽ effectum in quantum pro tracta Caſtanearum imo ſubicerentur ſarrãmento vel Gabellę pro eorum vſib. & neceſſitatibus.

Idcirco fuit actum tranſactum, & conuentum inter dictas partes quod ſupradicti homines,& incolæ Limoni,& Aluernandi nunc & in futurum poſſint & valeant libere,& impunè ac ſine alicuius Gabellæ ſolutione aut Bulleta vel conſignatione extrahere à territorio,& diſtrictu ac per territorium, & diſtrictum Cunei vbicunque pro conducendo ad eorum domicilia locorum prædictorum omnes quantitates Caſtanearum Grogliutarum quas contigerit eos recoligere, & percipere annis ſingulis in eorum proprijs poſſeſſionibus quas habent,& in futurum habebunt ſuper finibus Cunei & diſtrictus,& alibi vbicunque videlicet tempore recollectionis dictarum Caſtanearum, & durante ipſa recollectione ſiue tempeſtiua fuerit recollectio ſiue tardiua non obſtante quocunque ſacramento per communitatem Cunei incongruum forte facto vel fiendo.

Item fuit actum tranſactum, & conuentum per dictas partes quod quælibet perſona locorum prædictorum Limoni,& Aluernandi fouens in ipſis locis domicilium cum ſua familia quæ non habeat vel habuerit tunc condecentem prouiſionem Caſtanearum in ſuis poſſeſſionibus vel alienis recollectarum aut aliunde habitarum ad vſum neceſſarium ipſius,& ſic familia poſſit, & valeat conducere,& extrahere à loco Cunei, & diſtrictu omnem aliam quantitatem caſtanearum Albarum pro ſupplemento neceſſitatis cuiuſcunque extrahere volentis ad effectum duntaxat eas conuertẽdi ad eorum extrahere volentium proprium vſum videlicet p conſummando,& exponẽdo in eorũ hoſpitijs pro ſe & eorum familia abſque ſolutione alicuius Gabellæ conſignando tamen ipſas caſtaneas extrahendas Gabellatori ſuper hoc pro commune Cunei deputato,& bulletam ab eo obtinendo & portando cum iuramento præſtando in manibus ipſius Gabellatoris ad ſacra Dei Euangelia per quemlibet extrahere volentem quod indiget neceſſario illa quantitate caſtanearum, quam extrahere vult pro vſu duntaxat ſuo, & ſuæ familiæ domus vltra omnem aliam quantitatem per eum tunc ſeu illo anno recollectam vel aliunde quæſitam, & quod de ipſis caſtaneis recollectis,& conductis libere ſine onere Gabellæ vndecunque præceſſerint nullum contractum alienationis fecit vel faciet in futu-

rum

rum aut ab eodem loco ſui domicili extrahetus,vel extrahi faciet neque in ipſa tracta fraudem committit vel committet ſub aliquo ingenio vel collere, eo tamen ſaluo,& expreſſe intellecto quod omnes quantitates caſtanearum albarum modis præmiſſis abſque ſolutione Gabellæ extrahendarum præter aliàs prouiſiones non excedant pro ſingulo anno ſummam ſeſtariorum ſeptuagintorum niſi de pluri ſolueretur Gabella,ſicut,cęteri extrahentes ſoluerent,poſito etiam quod plus aſcenderet indigentia hominum locorum prædictorum: hoc tamen ſaluo,& expreſſe reſeruato,quod ſi in futurum quandocunque aliqua partium prædictarum reſpectu ſeu prętextu dictę taſſę ſeſtariorum ſeptuagintorum caſtanearum albarum prætenderet ſe grauatam,vt quia plus vel minus aſcendere prætenderet neceſſitatem, & indigentiam caſtanearum albarũ ad vſum incollarum locorum prædictorum vltra alias eorum prouiſiones eo caſu poſſit & debeat fieri inquiſitio in locis prædictis,& computatio de caſtaneis recollectis, quę communiter recolligi poſſunt per homines dictorum locorum tam in locis prædictis quam aliunde;& demum de quantitate eis neceſſaria ad proprium vſum competenti extimatione ſecundum arbitrium perſonarum ad hæc eligendarum ac omnibus alijs modis opportunis ad omnem voluntatem,& requiſitionem alterius partium prędictarum alia parte ſemper vocata ita quod facta huiuſmodi inquiſitione, & computatione quandocunque eſſet opportunum dicta quantitas, & taxa ſeſtariorum ſeptuagintorum caſtanearum albarum extrahenda per homines dictorum locorum abſque ſolutione Gabellæ augeri nimium debeat, & poſſit ſecundum quod repertum eſſet neceſſitates,& opportunitates incollarum dictorum locorum aſcendere ſecundum meram veritatem vltra alias eorum prouiſiones ſicut præmiſſum eſt, cui taxationi ſic fiendę poſtea mediante dicta inquiſitione ſemper obſeruetur per ambas partes quacunque contradictione ceſſante, & nihilominus omnia contenta in proximè præcedenti capitulo de tracta caſtanearum Grogliutarum in ſua roboris firmitate,& illæſa permaneant.

Item fuit actum tranſactum, & conuentum inter dictas partes quod nulla perſona locorum prædictorum Limoni,& Aluernanti audeat vel præſumat in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum fraudem committere ſub aliquo ingenio vel alio quæſito colore in præiudicium communitatis Cunei aut Gabellæ prędictæ ſub pœna librarum vigintiquinque aſtentium pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice ipſo facto committenda, & applicanda pro tertia parte curiæ Cunei pro alia tertia communi Cunei,& pro alia tertia accuſatori:de quibus quælibet perſona de Cuneo & diſtrictu poſſit accuſare denunciare, & querelare in curia Cunei aduerſus quoſcunque fraudem committentes in præmiſſis,& accuſatoribus cum iuramento,& vno teſte credatur abſque vlteriori probatione,& nihilominus curia Cunei poſſit per inquiſitionem procedere, & accuſatos denuntiatos inculpatos ac inquiſitos vocare citare, & punire pœna prædicta prætextu fraudum prædictarum.

Item fuit actum tranſactum,conuentum inter dictas partes, quod commune Cunei ad obuiandum fraudibus prædictis ne fiant in damnum, & præiuditium dictæ communitatis poſſit & valeat impunè quandocunq; fuerit oppor-

 tunum,

tunum, & eidem videbitur expedire pro libito voluntatis adhibere omnia remedia incombentia ac promissiones quascunque facere opportunas tam in Cuneo,& districtu quam in locis prædictis Limoni, & Aluernandi per quæ & quas æuitari possint fraudes,quæ aliquo modo interuenire valerent in præmissis cum authoritate tamen curiæ dictorum locorum quæ teneatur communitati Cunei subsidium,& fauorem præstare absque vlla difficultate citra præiudicium iuri sdictionis locorum prædictorum pertinentis dicto domino honorato , & successoribus suis.

Item fuit actum transactum,& conuentum inter dictas partes quod per præsentem transactionem sint, & esse intelligantur declaratæ aliæ conuentiones iam dudum factæ inter easdem partes, de quibus supra fit mentio in ea parte duntaxat in quibus in eis tractatur de franchisia quam habere censetur homines locorum prædictorum in Cuneo,& districtu respectu tractæ,& Gabellę castanearum: hoc tamen intellecto quod homines Cunei, & districtus eadem libertate vti valeant in locis prędictis Limoni,& Aluernandi qua vti possunt homines dictorum locorum in Cuneo, & districtu vigore præsentis transactionis si casus occurreret opportunus, in alijs vero partibus dictæ conuentiones in sua remaneant roboris firmitate.

Item fuit actum inter dictas partes quod per præsentem transactionem nō fit derogatum statutis,& ordinamentis Cunei per quæ prohibentur possessiones in toto districtu Cunei vbique situatæ alienari personis forensibus non facientibus in Cuneo vel districtu continuam mansionem cum sua familia.

Item fuit actum,& conuentum inter dictas partes quod supradicti sindici,& procuratores locorum prædictorum Limoni, & Aluernanti infra duos menses proximè teneantur facere huiusmodi transactionē ratificari, & approbari per consilia ipsorum locorum in debita forma,& similiter facere teneantur dicti sindici,& procuratores communitatis Cunei videlicet tractari,& curare cū effectu quod commune seu cōsilium Cunei easdem cōuentiones confirmet, vt perpetuam obtineant roboris firmitatem, quamquidem transactionem ac omnia,& singula in præsenti publico instrumento contenta supra dicti sindici, & procuratores locorum prædictorum Cunei ac Limoni, & Aluernanti prout ad vnam quæcunque dictarum communitatum spectat nomine,& vice earundem communitatum ac singularum personarum ipsarum successorumque suorum imperpetuum promiserunt,& conuenerunt bonafide de voluntate,& authoritate quibus supra omnibus modo iure,& forma quibus melius, & firmius potuerunt habere ratam gratam,& firmam ac rata grata, & firma eisq; nullo tempore contrafacere dicere vel venire per se vel alium seu alio,aliqua ratione vel causa de iure vel de facto aliquo tempore siue loco sub expressa hypotheca,& obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum dictarum communitatum,& cuiuslibet ipsarum refectioneque omnium damnorum expensarum,& interesse litis, & extra per quacunque ipsarum communitatum substinendorum,& substinendarum defectu obseruationis præmissorum in prę senti publico instrumento contentorum;de quibus damnis expēsis,& interesse dictæ partes promiserunt sibi ad inuicem credere absque iuramento aut alia proba-

probatione quacunque,de quibus omnibus mihi notario infrascripto iussum fuit fieri duo publica instrumenta videlicet cuilibet parti vnum eiusdem tenoris facti substantia non mutata, actum vbi supra præsentibus testibus quibus supra Et ego Ludouicus Sordanelli de Cuneo publicus Imperiali authoritate notarius prædictis omnibus præsens fui vocatus,& rogatus, & inde notaui sumpsi requisitus, ex qua hoc præsens publicum instrumentum per alium fidelem notarium me alijs arduis occupato negotijs extrahi,& leuare feci ex po testate mihi attributa,& in testimonium præmissorum hic me subscripsi, & signum meum consuetum apposui.

ANNO Domini Millesimo quadrigentesimo quadragesimo quarto inditione septima,& die quarta decima mensis Decembris in pleno,& generali consilio hominum Cunei sono campanę voce præconia more solito congregato spectabilis Dominus Thebaldus Lascar ex committibus Vintimilij Vicarius Cunei, & districtus requisiuit sibi consilium dari super propositis infrascriptis,& primo super litteris exhibitis, &c.

Item cum sit necesse confirmare,& approbare conuentiones nouiter factas inter communitatem Cunei, & communitates Limoni, & Aluernanti super Gabella Castanearum prout continentur in quodam publico instrumento recepto per Ludouicum Sordanelli notarium de anno præsenti de mense Octobris quod placeat consilio prouidere in reformatione dicti consilij in quo aderunt plusquam duæ partes consiliatiorum fuit firmatum conclusum, & deliberatum nemine discrepantæ super facto primæ propositæ in dicto consilio fuit firmatum conclusum, & deliberatum super facto secundæ propositæ, & placuit omnibus nemine discrepante quod conuentiones nouiter factæ inter communitatem Cunei, seu personas ab eadem communitate deputatas cum communitatibus seu sindicis,procuratoribus . Limoni, & Aluernanti prout & quemadmodum continentur,& descriptæ sunt in quodam publico instrumento sumpto manu Ludouici Sordanelli notario, in dicta proposita designato in quibus conuentionibus principaliter tractatur de Gabella Castanearum quas homines Limoni,& Aluernanti extrahunt à finibus, & districtu Cunei sint, & esse intelligantur authoritate dicti consilij confirmatæ approbatæ, & emologatæ ita vt de cætero perpetuam obtineant roboris firmitatem.

Quod quidem ordinamentum sicut præmittitur factum in dicto generali consilio extraxi ego Ludouicus Sordanelli notarius, & tunc scriba dicti consilij à libro reformationum eiusdem consilij prout in eodem descriptum inueni in quantum concernit factum confirmationis dictarum conuentionum, & in testimonium huius hic me subscripsi, & meo signo manuali signaui quo in talibus, vtor Sordanelli.

Raynerius

RAYNERIVS Baſtardus Gubernator Sabaudiæ,& nicię ac generalis Sabaudiæ locumtenens comeſque de Villarijs aſpermontis de Gordanis Loyarum Sancti Iullini Verneti magni Veroneæ condominus dilectis Vicario Iudici, & clauario Cunei, ac cæteris, & ſingulis officiarijs fidelibus, & ſubditis Ducalibus Sabaudiæ mediatis, & immediatis quibus præſentes peruenerint ſiue eorum locatenentibus ſal. viſis duobus publicis tranſactionum pactorum, & conuentionum præſentibus annexis,& conſideratis in eis contentis, ſupplicationi itaque dilectorum noſtrorum communitatis, & hominum vernanti inibi nominatorum ſuper his nobis factæ beniuole inclinato vobis igitur, & veſtrum cuilibet quantum ad eum ſpectat,& ſuo ſub erit officio, & oneri per has Ducali quam hac parte fungimur authoritate committimus, & mandamus ſub pœna centum librarum fortium pro quolibet quatenus prædicta pacta conuentiones ac omnia,& ſingula in dictis inſtrumentis his annexis contenta, & deſcripta præfatis communitati, & hominibus vernanti ac eorum poſteritati iuxta hactenus ſolitum,& obſeruatum teneatis attendatis,& obſeruetis tenerię, attendi, & per quorum interierit illęſas obſeruari faciatis,& in nullo contraueniatis quomodolibet vel opponatis litteris mandatis oppoſitionib. excuſationibus, & alijs quibuſcunque contrariantibus non obſtantibus.

Dat. Taurini die ſexdecima Februarij Milleſimo quingenteſimo primo.

Conuentione tra la Città di Cuneo, & la communita di Centallo per conto della terminatione de finaggij.

8. *Aprilis*, 1444.

IN Nomine Domini Amen, Anno eiuſdem Milleſimo quadrigenteſimo quadrageſimo quarto inditione ſeptima die prima menſis Aprilis, huius publici inſtrumenti rogitus tenor cunctis notitiam præbeat,quod cum lis, quæſtio ſeu debatum orta ſeu ortum fuiſſet, & eſſet inter communitatem, & homines loci Cunei ex vna & communitatem & homines loci Centali partibus ex altera, vt ſupra videlicet, & pro eo quia dicta pars Cunei dicebat,& proponebat fines dicti loci Cunei à flumine ſturiæ vſq; ad fines Buſchę diuidi,& limitari à finib. dicti loci Centali nonnullis limitationib. quas victa pars Centali negabat imo ex aduerſo dicta pars Centali dicebat,& proponebat fines ipſius loci Centali à dicto flumine ſturię vſq; ad fines prædictos Buſchæ diuidi, & limitari per terminos quam plures lapideos quos ipſa pars Cunei negabat, & propterea nonnulli homines vtriuſq; partis plura Gelbida ſcita infra limitationes dictarum partium ad culturam reduxerunt cum debatis,& contentionibus quam pluribus hominum ſingularium vtriuſq; partis maximè quia alij ex prędictis hominibus diſgerbarunt,& laborarunt, & alij diſgerbata ſeminarunt,& econuerſo:ex quib.periculum de ſcandalo imminebat,

bat inter partes prædictas cui partes ipſæ obuiare intendentes, & cupientes quæſtiones,& debata de quibus ſupra potius via amicabili, & æquitatis terminari quam rigoris diſpoſuerunt ad huiuſmodi contractum deuenire: hinc fuit, quòd partes ipſe videlicet Laurentius de viali Faciotus Toloſani, & Ludouicus rubati de dicto loco Cunei ſindici, & ſindicarijs nominibus cómunitatis, & hominum dicti loci Cunei habentes, vt ibidem aſſeruerunt ad hoc peragendum plenum, & validum mandatum à communitate, & hominibus prædictis pro quibus tamen ad cautellam ſolemniter de rato promiſerunt, & ſe facturos,& curaturos cum effectu omni exceptione reiecta,quod credendarij ipſius communitatis ſolemniter congregati nomine & vice dictæ communitatis ac hominum dicti loci & pro eis in valida & ſufficienti forma iuris ratificabunt.& approbabunt omnia,& ſingula in præſenti inſtrumento contenta, ac ſententiam quâlibet inde quomodolibet ferendam ſuper quæſtionibus, debatis de quib.ſupra ac dependentibus, & emergentib.alijs quibuſcunq; quandocunque fuerint requiſiti ſub dictæ cómunitatis & ſuorum hypotheca, & obligatione bonorum ꝑ vna parte & Ioãnes Agli ac Philippus perrate de dicto loco Centali ſindici,& ſindicarijs nominibus, & cómunitatis, & hominum dicti loci aſſerentes ſe ad hęc agẽdum habere validũ, & ſufficiens mandatum communitate & hominibus prædictis pro quibus tamen ad cautellam ſolemniter de rato promiſerunt, & ſe facturos, & curaturos cum effectu omni exceptione remota quod credendarij dictę communitatis nomine, & vice communitatis eiuſdem ac hominum dicti loci,& pro eis in ualida, & ſufficienti forma iuris ratificabunt, & approbabunt quãdocunq; inde fuerint requiſiti omnia,& ſingula in præſenti inſtrumento contenta ac ſententiam inde quomodolibet proferendam ſuper quæſtionibus, & debatis de quib. ſupra dependentibuſq; & emergentibus ab eiſdem quouis modo ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum dictæ communitatis, & ſuorum cũm authoritate Magnifici militis domini Ludouici de Bolerijs vice commitis Rellauiæ ac demontis, & dicti loci Centali domini ibidem præſentis & conſentientis omnibus, & ſingulis in præſenti inſtrumento contentis ſi & quatenus Illuſtriſſimus Dominus dominus Dux Sabaudiæ dominus dicti loci Cunei conſenſerit, & authoritatem præſtiterit omnibus,& ſingulis contentis in hoc inſtrumento,ita quòd authoritas,& conſenſus præfati domini Ludouici de quib.ſup.ſibi ꝑiudicare nõ poſſint imo pro non præſtitis habeantur niſi præfatus Illuſtriſſimus Do.Sabaudiæ Dux pariter præſtiterit eius conſenſum, & authoritatem in præmiſſis pro parte altera de prædictis quæſtionibus contentionibus,& debatis inter dictas partes ſuſcitatis & quæ ſuſcitari poſſent quouis modo præmiſſorũ occaſione dependentibuſque,& emergentibus ab eis quomodolibet vnanimiter, & concorditer compromiſerunt,& compromiſſum validum & firmum fecerunt in ſpectabilem militem, & famoſum vtriuſq; iuris doctorem dominum Francelchinũ de Thomatis preſidentẽ gñalium audit nctarũ præfati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Sabaudię tanquam in arbitrum, & arbitratorẽ,ac amicabilem cõpoſitorem & communẽ amicum partium prædictarum ibid. preſentem, & huiuſmodi compromiſſum in ſe ſponte ſuſcipientem dantes, & concedentes dictæ

ctæ partes nominibus ante dictis præfato domino arbitro,& arbitratori plenam,& liberam poteſtatem licentiam & commercium in & ſuper dictis quæſtionibus, & debatis ac dependentibus, & emergentibus ab eis, & eorum occaſione dicendi,pronuntiandi ſententiandi cognoſcendi arbitrandi ac arbitramentandi dictos fines diuidendi, & limitandi terminoſque,& limites appo ni faciendi,& ordinandi de iure & de concordia vel de iure tantum ſeu de con cordia tantum dieb.feriatis, & non feriatis die noctctuq; partibus citatis vel non citatis præſentibus vel abſentibus ſtando vel ſedendo viſis iurib. partium & non viſis dando auferendo in parua magna vel maxima quantitate de iure vnius partis alteri parti,& econuerſo pro ipſius domini arbitri, & arbitratoris libito voluntatis aliquo prætermiſſo vel obmiſſo non obſtante promittentes dictæ partes ſibi ipſis inuicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus ac mihi notario ſubſcripto necnon dominico Perrati de quærio, & publicis perſonis ſtipulantibus vice, & nomine omnium, & ſingulorum quorum intereſt interrerit vel intereſſe poterit quomodolibet in futurũ ſtare pare re,& obedire omni dicto laudo arbitrio,& arbitramento ſententiæ, & cognitioni ac deciſioni ferẽdis,& fiendis per præfatum dominũ arbitrum,& arbitratorẽ in & ſuper præmiſſis,& ab eis depẽdentib.& emergentibus,quouis modo & non contra facere dicere opponere vel venire ſub pœna ducentorum ducatorum boni auri,& iuſti ponderis totiens committenda per quamlibet dictarũ partium,& in ſingulis capitulis huius contractus,& ſentẽtiæ inde ferendæ quo ties fuerit cõtrafactum,& applicanda pro duab.partib.cameræ præfati domini Ducis Sabaudiæ,ſi & quatenus per communitatem,& homines Centali con tra factum fuerit,& pro tertia parte communitati dicti loci Cunei,& econuerſo ſi & quatenus per communitatem, & homines Cunei contrafactum fuerit pœna ipſa applicetur,& applicari debeat pro duab.partibus Magnifico,& po tenti militi domino Ludouico de Bolleris ſupradicto,& domino loci Centali, & pro tertia parte dictæ communitati Centali promiſſa ipſa pœna ſolemni ſtipulatione inuicem partibus ante dictis mihi notario ſubſignato, & dicto dominico Perrati ſtipulantibus,& recipientibus vice,& nomine præfati domi ni Ducis Sabaudiæ,& dicti domini Centali pro partibus, & de quibus,& pro vt ſupra:qua pœna commiſſa vel non commiſſa ſoluta vel non ſoluta nihilomi nus omnia,& ſingula in præſenti inſtrumento contenta ac ſententia inde ferrenda firma permaneant,quæ omnia,& ſingula ſupra, & infraſcripta dictæ par tes nominibus ante dictis ſibi ipſis inuicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus, promiſerunt, & conuenerunt ac iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia tactis ſcripturis firma, rata, & grata habere perpetuo atque tenere in nulloque contrafacere dicere opponere vel venire per ſe vel alium ſeu alios aliqua ratione vel cauſa colore vel ingenio de iure vel de facto in iu dicio aut extra ſub pœna,& prout ſupra,& ſub mutua,& viciſſitudinaria hypo theca,& obligatione omnium bonorũ partium prædictarum,& refectione,ac reſtitutione hinc inde omnium damnorum expẽſarum, & intereſſe litis,& extra renuntiantes dictæ partes ex earum certa ſcientia, & vigore dicti iuramenti,vt ſupra per eas præſtiti exceptioni compromiſſi, & promiſerunt prædictarum

rum non factarum omniumque, & ſingulorum ſupraſcriptorum non ſic vel aliter actorum geſtorum, & conuentorum doli mali vel metus actioni in factum condictioni indebiti fine cauſa vel ex iniuſta cauſa, & iuri diſponenti cõ promiſſum cũ religione iuramenti fieri non debere ac iuri diſponenti iniuſtũ laudum poſſe redduci ad arbitrium boni viri ac dicenti generalem renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis, & cuilibet alij iure volentes partes ipſe præſens compromiſſum durare poſſe, & debere vſque ad vltimam diẽ huius menſis Aprilis incluſiuè legitima poteſtate præfato domino arbitro,& arbitratori ibidem prædictas partes attributa prorogandi dictum terminum ſemel tantum ſi ſibi videbitur expedire, & compromiſſum prædictum partes prædictæ fecerunt cum proteſtatione, quod iura quæcunq; vna pars aduerſus alteram, & econuerſo ſe habere prætendit quauis alia ratione vel cauſa ſibi ſalua,& illeſa remaneant ipſiſque iuribus per huiuſmodi compromiſſum, & ſententiam inde ferendam nullum præiudicium generetur, & quod in & ſuper præmiſſis reſeruetur, ac ſeruatum ſit bene placitum Sereniſſimi Ieruſalem,& Sicilię Regis Renati Domini ſupremi dicti dñi Centali necnõ Illuſtriſ.domini ducis Sabaudiæ Domini dicti loci Cunei, ac cum pacto inter dictas partes inito quod durante huiuſmodi compromiſſo nil noui fiat in & ſuper poſſeſſionibus ſitis infra limites,& terminos de quibus ſupra Acta fuerunt hæc in finibus videlicet in via publica tendente de Cuneo Centalum, & econuerſo appellata via lucenti prope quam viam ibidem eſt lapis vnus plantatus quẽ ipſa pars Centali dixit eſſe terminum diuidentem fines Centali a finibus Cunei, & econuerſo & eſt ipſe locus in directo poſſeſſionis vnius Antonij filij quondã Stephani Colombi de Centalo habitatoris Cunei pręſentibus ſpectabili viro Girardo ex marchionibus Ceue Napiono de Napionibus de Pinerolio notario Ioanne Bertoni de Cluſa, & Manfrino Cauelli de Ceua teſtibus ad hæc vocatis,& rogatis de quibus omnibus dictæ partes præceperunt fieri duo eiuſdem tenoris publica inſtrumenta vnum videlicet per me notariũ ſubſignatum ad opus communitatis,& hominum dicti loci Centali, & aliud per dominicum Perrati de quęrio notarium publicum ad opus communitatis,& hominum dicti loci Cunei quo quidem facto compromiſſo ibidem, & incontinenti præfatus dominus Franciſcus arbiter, & arbitrator, vt ſupra à dictis partibus electus aſſignauit dictis partibus ibidem præſentibus, & intelligentibus terminũ ad diem veneris proximè venturã hora mediç tertiæ ad comparendum coram eo in Ripa altiori fluminis ſturię videlicet vbi tendit via appellata de boſcho & tunc ad pſentandũ per quamlibet dictarum partium vnum alliuellatorem, & atterminatorem expertum necnõ oſtendendum ipſi domino arbitro, & arbitratori limites, & terminos per quos quælibet dictarum partium prætendit fines de quib.ſup.diuidi,& limitari: egoque Ioannes benedicti de moglio la notarius publicus Imperiali ac Regia authoritatib.conſtitutus qui præmiſſis omnibus vna cum ſupra nominato domino Perrati notario de quærio dum ſicut præmittitur agerentur, & fierent, & ordinarentur etiam vna cum dictis teſtibus præſens fui, eaque in notam recepi, & de eadem hoc inſtrumentum publicum extraxi manu propria ſcripſi ſignumque meum ſolitum & conſuetum Duxi apponendum in fidem omnium præmiſſorum.

M IN

IN Nomine Domini Amen, Anno eiusdem Domini Millesimo quadragentesimo quadragesimo quarto inditione septima die decima septima mẽsis Aprilis tenore p̃sentis publici instrumẽti cũctis sit manifestũ, q̃ cum Laurẽtius de viali faciotus Tolosani, & Ludouicus Rubati de Cuneo sindici, & sindicarijs nominibus, communitatis, & hominũ dicti loci Cunei pro vna parte & Ioãnes agli, & Philippus Perrate de Centalo sindici, & sindicarijs nominibus communitatis, & hominum dicti loci Centali pro parte altera vnanimiter & concorditer compromiserunt in spectabilem militem, & famosum vtriusque iuris doctorem Dominum Franciscum de Tomatis prẽsidentem generaliũ audiẽtiarũ Illustrissimi Domini domini Ducis Sabaudiæ, &c. de q̃stionib. cõtẽtionibus, & debatis inter dictas partes suscitatis occasione finiũ dictorum locorum Cunei, & Centali sibi ipsis inuicem coeherentium à flumine sturię vsque ad fines Buschæ cum promissionibus, & alijs plenius cõtentis in duobus publicis instrumentis eiusdem tenoris ad conficiẽdum receptis vno videlicet per me notarium subsignatum pro dicta cõmunitate Centali, & altero per dominicum Perrati pro dicta cõmunitate Cunei die prima huius mensis Aprilis, & ita fuerit q̃d̃ prẽfatus Dominus Frãciscus Vigore dictæ sibi attributæ potestatis assignauerit tunc dictas partes ad comparẽdũ Coram eo, & per quamlibet ipsarum ostendendũ sibi terminos, & limites per quos prætendit fines ipsos a finibus diuidi, & limitari ad præsentandum per quamlibet ipsarum partium vnũ probum, & expertum Alliuellatorem, & atterminatorem, & sic quẽlibet dictarum partium ostenderit ad oculum præfato domino arbitro & arbitratori limitationem per quam prætendit ipsos fines diuidi, & limitari, & maximè dicta pars Centali & limitatione per eam facta ostenserit decem & septem lapides in terrã plãtatos allegãs ipsos lapides fuisse pro terminis plantatos diuidentibus dictos fines Centali à finibus Cunei pro vt tendunt & plenius in dicta limitatione pro dicta parte Centali facta extitit deductum & inde prẽstito iuramento per quãlibet dictarũ partium tam de calumnia, quã super dicta limitatione per quãlibet ipsarum facta ac etiam per Alliuellatores, & atterminatores per dictas partes præsentatos; præfatus dominus arbiter & arbitrator fecit fodi, & iuxta dictos lapides pro terminis allegatos videlicet vsq; ad cuiuslibet ipsorũ apparentiã euidentẽ citra tamen alicuius ipsorum, & lapidum sibi adhærentium aliquam mutationem, & inde terram supra eos reduci in pristinum statum, & inuenerint dictos lapides pro terminis allegatos aliquos non esse terminos, & aliquos ex eis, & si pro terminis plantati fuerint non tendere, & mirari prout & dicta parte Centali in dicta sua limitatione extitit allegatum, & deductum & nemo viderit iura p̃ quamlibet dictarum partium in & super præmissis producta ac audiuerit semel & pluries omnia, & singula, quæ partes ipse & ipsarum quælibet dicere & proponere voluerint in & super præmissis ac præmissis visis, & attentis præfactus dominus arbiter, & arbitrator disposuerit in & super prædictis sententiam eius arbitralem seu arbitramentalem proferre hinc fuit quod præfatus dominus arbiter, & arbitrator visis oĩb. & singulis suprascriptis & habita super eis deliberatione sufficienti elligens potius viam æquitatis, quã rigorem Christi gloriosæque virginis

Mariæ

Mariæ eius matris nominibus inuocatis dixit, & pronuntiauit laudauit arbitratusque, & arbitramentatus fuit ac terminos apponi, & plantari ordinauit finesque Cunei a finibus Centali & econuerso diuidi, & limitari pro vt infra & primo dixit & pronuntiauit diuidendo fines Cunei à finibus Centali, & ea econuerso quæ in ripa superioris fluminis sturię existente deuersus Centalum apud viam vnam appellatam viam boschi in parte superiori dictæ vię, & apud aliam viam tendentem de Cuneo Follanum, & econuerso in parte dictæ alterius viæ existentis deuersus dictum flumen videlicet in loco illo in quo dicta pars Centali in limitatione per eam facta dixit, & allegauit fuisse alias plãtatum terminum vnum diuidentem vt dicebat dictos fines, & postea euulsum, apponatur, & planctetur vnus grossus, & eminens terminus lapideus, qui licet ibi planctetur intelligatur tamen, & censeatur perinde ac si foret plantatus in medio dictæ vię boschi, qui terminus diuidat, tendat & miret ad duas partes vnam videlicet deuersus dictum flumen sturię descendendo de dicta Ripa prout tendit, & designat dicta via boschi, quæ à dicto termino inf. deuersus dictũ flumen sit, & remaneat cõis dictarum partium vsq; prope pedẽ dictæ ripæ, videlicet vsq; in directum loci vnius ibidem existentis vltra confurcium in quo dicta via boschi diuiditur in duas vias qui locus designatus extitit per præfatum dominum arbitrum, & arbitratorem, & est inter ipsum confurtium & Riuulum vnum ibidem prope decurrentem qui deuersus dictam ripam ibidem prope excaturit: in quo loco dixit & pronuntiauit debere etiam plantari vnum alium terminum lapideum, grossum & conuenientẽ qui tẽdat diuidat, & miret ad duas partes vnam videlicet ad dictum terminum in dicta ripa superiori, vt supra plantari ordinatum prout tendit, & designat dicta via ascendendo supra ad dictum terminum ipsius ripæ superioris, & ab alia parte per transuersum vsque ad flumen sturię prout supra. hoc per ipsum dominum arbitrum, & arbitratorem ad oculum demonstrabitur, & dessignabitur in ipsius termini plantatione ab alia autem parte dictus terminus in dicta ripa superiori, & vt supra plantari ordinatum tendat diuidat, & miret per directum recta linea ad locum termini plantandi infra proxime designatum.

Item dixit & pronuntiauit quod in loco illo in quo est plantatus vnus lapis albus, & satis grossus allegatus in quintum terminum pro dicta parte Centali in designationem prædicta per eam facta qui locus est, à parte inferiori dictæ vię de boscho nunc magis vsitate, & a parte superiori alterius viæ etiam appellatæ de boscho nunc minus vsitate tendentium in viam vnam planctetur vnus alius lapis grossus, & eminens pro termino diuidente dictos fines Cunei, & Centali qui tendat diuidat, & miret ad duas partes vnam videlicet ad terminum in dicta Ripa superiori, vt supra proximè plantari ordinatum per directũ & ab alia parte miret diuidat & tendat etiam per directum recta linea ad locum alterius termini planctandi infra proxime designatum.

Item dixit, & pronuntiauit q̃d̃ in loco illo in quo est plantatus lapis vnus in terminum allegatus pro dicta parte Centali in dicta per eam facta limitatione qui locus est prope viam publicã tendendẽ de Cuneo Centalum, & econuerso appellatam viam lucẽtem pro parte Cunei, & viam broparctiam pro parte

Centali qui locus êst in parte dextra dictæ viæ tendendo de Centalo Cuneũ distans ab ipsa via per vnum trabuchum cum dimidio vel circa apponatur, & planctetur vnus alius & eminens terminus lapideus quartus in ordine qui tendat diuidat, & miret ab vna parte per directum ad dictum terminum, vt supra proximè planctari ordinatum terminum in ordine, & ab alia parte diuidat,& tendat distendendo infra versus Centalum iuxtam dictam viam vsque ad locum vnum appellatum confurtium Sancti Clerici in quo confurtio duæ viæ publicę videlicet prędicta qua itur de Centalo Cuneũ in dicto cófurtio appellata via de charãta & altera via tẽdés de dicto loco Cẽtali versus turrim de roa iungãtur, & simul vniuntur, ita q; dicta via lucẽtis à directo ipsius termini, vt supra proximè plantari ordinati distendendo infra vsque indirectum dicti confinei, sit,& remaneat, in & sup.finib. Centali,& fines Cunei, ibidem pro tendãtur à dicto termino vsq; ad dictum confurtium, & vsque ad dictam viam exclusiue appellatam viã lucentẽ indirecto dicti termini, & appellatam viam de Caranta in directo dicti confurtij.

Item dixit & pronuntiauit,quòd in dicto confurtio vsque in parte superiori loco in quo dictæ duæ viæ de quibus supra simul iunguntur & vniuntur apponatur, & planctetur vnus alius grossus, & eminens lapis pro termino qui sit qntus in ordine, & q tẽdat diuidat et miret ad duas partes vnã videlicet tẽdẽdo supra iuxta dictam viam prout ipsa via tendit & designat vsque ad terminum supra proxime plantari ordinatum, & prout supra dixit, & pronunciauit & ab alia parte tendat diuidat & miret per directum recta linea ad locum termini planctandi infra proximè designatum.

Item dixit,& pronuntiauit q; in loco vno existẽti prope turrim de Pupanio deuersus Cuneum per distantiam ab ipsa turre duorum trabuchorum apponatur, & plantetur vnus alius grossus, & eminens terminus lapideus sextus in ordine qui tendat diuidat, & miret ad duas partes vnam videlicet per dictum ad terminum dicti confurci supra proximè plantari ordinatum & ab alia parte ẽt per directum ad locum terminum plantandi infra proximè descriptum.

Item dixit,& pronuntiauit quod in loco illo in quo plantatus êst vnus lapis in terminum allegatus pro dicta parte Centali qui locus est propè viam vnam veterem tendentem de Cuneo villam, & econuerso, & ab ipsius viç parte superiori apponatur,& plantetur vnus alius lapis pro termino qui septimus in ordine,& qui tendat diuidat, & miret ad duas partes vnam videlicet ad terminum,vt supra propè dictam turrem plantari ordinatum, & ab alia parte tendendo versus villam & iuxta dictam viam vsque ad confurtium vnum, in quo dicta via iũgit alteri uiæ appellatæ viæ monetç,& ẽt viç vsitatæ per quam tẽdit de Cuneo villã,& ęcõuerso,in quo confurtio dixit,& pnũciauit plantari debere vnum alium terminum lapideum grossum,& eminẽtem vltimũ,& octauum, in ordine ipsorum terminorum qui miret tendat & diuidàt tantummodo ad vnam partem videlicet iuxta dictam viam veterem, et prout ipsa uia tendit usque ad terminum supra proximè plantari ordinatum, ita tamen quod uia ipsa à dicto termino septimo usq; ad dictum octauum ultimum ipsorum terminorum sit,et remaneat in finibus dicti loci Centali et fines dicti loci Cunei infra

infra dictos duos terminos septimum & octauum protendant usque ad dictã uiam ueterem exclusiue.

Item dixit & pronũtiauit, qđ inter dictos octo terminos,vt supra per eum plantari ordinatos videlicet in rectitudinibus eorum,quos vt supra pronuntiauit tendere,& mirare sibi ipsi recta linea ac inter alios sibi ipsis recta linea non mirantes plantentur, & plantari debeant alij termini lapidei grossi & eminẽtes quot vbi & prout ordinabitur per præfatum dominum arbitrum & arbitratorem.

Item dixit & pronunciauit quod fines dicti loci Cunei diuidantur, & diuidi diuisique remaneant de cætero à finibus, Centali & econuerso per dictos octo terminos vt supra per eum plantari ordinatos prout & quemadmodum dixit & pronuntiauit vt supra terminos ipsos tendere diuidere, & mirare debere, & quod quicquid est & remanet infra dictos terminos, & eorum miras & designationes de quibus & prout supra dixit, & pronuntiauit deuersus Cuneum sit & remaneat & esse debeat de cætero in super ac de territorio, & finibus dicti loci Cunei, & quicquid est & remanet infra terminos præfatos,& dictas eorum miras & designationes de quibus, & prout supra deuersus Centalum sit & remaneat & esse debeat de cætero in supra ac de territorio, & finibus dicti loci Centali.

Item dixit & pronũtiauit quod si & quatenus per huiusmodi diuisionẽ possessiones aliquę proprię singularum personarum loci Cunei, vel eius districtus scituatę sint infra dictos terminos,& eorum designationes deuersus Centalum & sic remaneant in & super finibus dicti loci Centali personæ ipse ipsius loci tamen & eius districtus teneantur, & debeant ipsas tales possessiones registrare in registro communis loci Centali, & pro eis ibidem onera realia supportare, quemadmodum homines Centali pro eorum possessionibus onera ipsa supportabunt & non aliter nec vltra & econuerso si & quatenus per huiusmodi diuisionem possessiones aliquæ propriæ singularum personarum dicti loci Centali,& eius districtus sint situatæ infra dictos terminos & eorum designationẽ deuersus Cuneum & per consequens remaneant in & super finibus dicti loci Cunei dictæ personæ Centali, & eius districtus pari modo teneantur, & debeant registrare ipsas tales possesiones in registro communi dicti loci Cunei, & pro eis onera realia supportare quemadmodum homines dicti loci Cunei, pro eorum possessionibus in ipso loco Centali dicta onera supportabunt, & non aliter nec vltra.

Item quia inter limitationes factas per dictas partes sunt certæ possessiones,quæ gerbidę,& boschinę erant, & quæ ad culturam fuerunt reductę euulso boscho quod in eis erat, & in quibus ex eis sint factæ pendentes nec de eis ad plenũ habita extiterit informatio;præfatus dominus arbiter, & arbitrator reseruauit sibi potestatem in & super prædictis pronuntiandi,& ordinandi prout sibi videbitur expedire.

Item dixit & pronuntiauit præmissa omnia,& singula emologari, & approbari attendique, & obseruari debere per dictas partes sub pœna in compromisso de quo supra addicta saluo semper in præmissis omnibus, & singulis be

ne

ne placito Illustrissimi Dñi Domini Ducis Sabaudię,&c.cuius bene placitũ,& ratificationem præmissorum communitas Cunei debeat infra tres menses proxime futuros obtinuisse & Magnifico, & potenti militi domino Ludouico de bolleris vice comiti rellauiæ , & demontis ac dño Centali notificasse ,& eo sic obtento,& notificato præfatus dominus & communitas Centali debeant infra sex menses tũc proximè sequuturos præmissa omnia & singula feciſſe ratificari per Serenissimum Ierusalem , & Siciliæ Regem Renatum dominum supremum dicti domini Centali seu in forma valida, & sufficienti per eius Magnificum consilium residens in aquis reseruans ipse dominus arbiter & arbitrator sibi plenariam potestatem iterum pronuntiandi declarandi cognoscẽdi interpretandi infra tres annos proxime venturos si quæstio dubium vel obscuritas orirentur inter dictas partes præmissorum occasione dependentiumque & emergentium ab eis, quo instrumento , ita & in his scriptis promulgata fuit suprascripta arbitralis seu arbitramentalis sententia per prędictum dominum arbitrum , & arbitratorem in finibus videlicet sub quadam arbore pomi sita prope terminum vię lucentis de quo supra,& ab ipso termino parte inferiore deuersus Centalum per distantiam ab eo quinque trabucorum vel circa præsentibus Ioanne Agli & Philippo Perrate sindicis, & sindicarijs nominibus communitatis & hominum dicti loci Centali pro vna parte: & Laurentio de Viali facieto Tolosani,& Ludouico Rubati sindicis & sindicarijs nominib.cõitatis & hominum dicti loci Cunei prò parte altera . Quæ partes ibidem , & incontinenti approbauerunt & amologauerunt dictam sententiã arbitralem , & arbitramentalẽ ac omnia,& singula vt supra in ea contenta ac præsente ẽt præfato domino Ludouico domino dicti loci Centali qui etiam ibidem approbauit,& amologauit dictam sentrentiam ac omnia , & singula vt supra in ea contenta,si & quatenus p̃libatus do minus Sabaudiæ dux, &c. illã & ea ratificet,& approbet ita ꝙ huiusmodi approbatio , & ratificatio factæ , vt sup. per præfatum Dom.Ludouicum Sorcientur & habeant vires,& effectum si præfatus dominus Dux Sabaudiæ, &c. fecerit similem ratificationem dictæ sententiæ; & in ea contentorum,& non aliter nec alio modo necnon præsentibus etiam egregio viro Sinfrono Regis domino solerij Ciuę Asten. Ieronimo Iustenci condomino Pupini sistarien. diœcesſ. egregio iurisperito domino Ioanne de Tomatis Napiono de Napionibus de Pinerolio notario odino de nigron de Monteregali Gaspardo Roua de Cornelio diœcesſ. Vercellen. Antonio Vernaciæ de vernatia diœcesſ. Lunen.& Ioãnetto de Tomatis de plebe de tecto oĩb. testibus ad præmissa vocatis,& rogaris de quibus dicta pars Centali , & per me notarium subscriptum,& dicta pars Cunei per Dominicum Parati de quærio notarium publicum ac prætatus Dominus arbiter ,& arbitrator per ipsum Dominicum & me notarios publicos præceperũt fieri duo publica instrumẽta vnum videlicet per me pro dicta parte Centali , & aliud per dictũ dominicũ pro dicta parte Cunei , & inde quot fuerint necessaria ad opus quorum interest vel intererit in futurũ.ego verò Ioannes benedicti de moglolia notarius publicus Imperiali & Regia authoritatib. constitutus p̃dictis oĩb.dum sic vt præmittitur agerentur fierentq;. seu publicarentur præsens fui eaque oĩa vna cum dominico

dominico Perrati superius nominato notario publico in notam recepi , et demum requisitus pro parte dictæ communitatis Centali hoc instrumentum publicum extraxi et manu propria scripsi signumque meum solitum , et consuetum duxi apponendum,in fidem omnium et singulorum.

Anno Domini Millesimo quadrigentesimo quadragesimo quarto inditione septima die vigesima mensis Aprilis. Tenore præsentis publici instrumenti cunctis fiat manifestum quod cũ in sententia quadam arbitrali,seu arbitramentali lata per spectabilem militem, & famosum vtriusque iuris doctorem dominum Franciscum de Thomatis arbitrum,& arbitratorem electum & assumptum inter & per sindicos communitatis & hominum Cunei ex vna & inter ac per sindicos communitatis, & hominum Centali partibus ex altera in & super diuisione & atterminatione finiũ dictorum locorũ præfatus dñs arbiter & arbitrator reseruauerit sibi potestatem pronuntiandi , & ordinandi in & super fructib. possessionum quæ gerbidę, & boschinę erant & quæ ad culturam reductæ fuerant sitarum infra limitationes factas per dictas partes ac in & super labore, & pęna habitis ad redducendum possessiones prædictas ante gerbidas ad culturam, & eorum occasione prout plenius in instrumento dictæ sententiæ recepto per me notarium subsignatum & Dominicum Perrati de quærio notarios publicos continetur, & ita fuerit ꝙ Ioannes agli & Philippus Perrachę de Centalo sindici , & sindicarijs nominibus communitatis, & hominum dicti loci Centali ibidem dixerunt, & proposuerunt quod Stephanus Ambrosi de dicto loco Centali suis sumptibus euulsit boschinę Iornatarũ quatuor vel circa, & eas laborauit & ad culturam reduxit,& seminauit.

Item Blasius ribę etiam euulsit boschũ decem Iornatarum vel circa , & illas disgerbauit,laborauit,& seminauit.

Item Ioannes agli etiam euulsit boschũ duarum Iornatarum cum dimidia vel circa, & eas disgerbauit laborauit,& seminauit.

Item quondam Petrus Anthiochæ Iornatarum septem vel circa & eas disgerbauit laborauit,& seminauit.

Item Morellus de morellis iornatarum vndecim vel circa & eas disgerbauit laborauit , & seminauit.

Item Richardus anthioche euulsit boschum Iornatarum duarum vel circa & eas etiam disgerbauit laborauit & seminauit prætenden.tunc dictas possessiones esse in & super finibus Centali, & tamen per dictam sententiam remanserunt infra terminos in dicta sententia plantari ordinatos , & inde tam hodie quam alijs prędcedentibus diebus plantatos deuersus Cuneum,& sic in & super finibus loci Cunei & quod sint in eis fructus pendentes super quibus omnibus prænominati sindici, & sindicarijs nominib. communitatis & hominũ prædictorum requisiuerint ordinari & pronunciari per præfatum dominum arbitrũ, & arbitratorem iuxta sibi super hoc reseruatã potestatem quibus auditis præfatus dominus arbiter & arbitrator , vigore potestatis in hoc sibi attributæ, & reseruatæ, vt supra ordinauit quod tam ex prænominatis quàm alijs personis de Cen-

de Centalo qui seminauerint tam ex dictis possessionib. quam alijs sitis infra dictos terminos deuersus Cuneũ quas singulares ꝑsonæ de Cuneo disgerbauerint & laborauerint habeant, & percipere debeant tantũmodo fructus pendẽtes huius anni in possessionib. prædictis, & quod prænominati Stephanus Ambrosius blasius ribbe Ioannes agli hæredes Petri antioche morellus de morellis,& Rizardus Anthiochiæ percipere, & habere debeant fructus pendentes huius anni in dictis possessionibus & eis frui,& gaudere libere, & sine aliquo onere talearum vel alterius exactionis quinque annis post præsentem annũ immediatè sequentibus & hoc si & quatenus ipsi prænominati de Centalo boschinas euulserint de dictis possessionibus,& illas disgerbauerint, & laborauerint, & seminauerint per se vel alios eorum nominibus, & causa ipsi debeant habere,& percipere prædicta tam pro expẽsis & labore habitis, & sustentis p eos in dictis possessionibus, & eorum occasione quã etiam motus certis alijs bonis respectibus & causis, & in fine dictorum quinque annorum ipsi prænominati de Centalo teneantur,& debeant possessiones prædictas liberè dimitere & relaxare quæ ex inde pertineant & spectent pleno iure ad cõmunitatem dicti loci Cunei. Acta fuerunt hæc in finibus videlicet in ripa superiori fluminis sturiæ,& in via appellata via de boscho ac prope terminum ibidem hodie plantatum pro diuisione dictorum finium Cunei, & Centali præsentibus egregio iurisperito domino Ioanne de Tomatis filio præfati domini Franciſci Napiono de Napionib.de Pinerolio notario, & Constantio Coitini de Salucijs testibus ad hęc vocatis, & rogatis de quib. ipse dominus arbiter,& arbitrator præcepit per me notarium subsignatum, & dominicũ Pareti de quærio notarium publicum fieri duo eiusdem tenoris publica instrumenta vnum videlicet pro qualibet parte, ego quidem Ioannes benedicti de moglolia notarius publicus Imperiali authoritate ac Regia constitutus præmissis omnibus vna cum suprascripto Dominico Perrati notario præsens fui, & omnia pro parte communitatis Centali in notam recepi, & demum de eadem hoc instrumentum publicum extraxi, & manu propria scripsi signumque meum solitum, & consuetum duxi apponendum in fidem omnium, & singulorum præmissorum.

IN Nomine Domini Amen, Anno eiusdem domini Millesimo quadragentesimo quadragesimo quarto inditione septima die decima octaua mensis Aprilis præsentis publici instrumenti tenore Cunctis fiat manifestũ quod in & sup nonnullis quæstionib.contentionibus, & debatis vertentibus,& suscitatis inter commmunitatem & homines Cunei ex vna & communitatem, & homines loci Centali partibus, ex altera occasione finium dictorum locorum Cunei,& Centali sibi inuicem coherentium à flumine sturiæ, vsq; ad fines buschę spectabilis miles & famosus vtriusq; iuris doctor dñs Frãciscus de Tomatis prędsidens audientiarum Illustrissimi domini Ducis Sabaudiæ,&c.tãquã arbiter, & arbitrator à sindicis dictarũ partiũ assumptus, & electus

ctus visis videndis eius sententiam arbitralem seu arbitramentalem protulerit per quam inter cætera,& in effectu dixerit, & pronuntiauerit apponi, & plantari debere octo grossos,& eminẽtes terminos lapideos principales, fines à finibus de quibus supra diuidentes,& inter ipsos octo terminos plantari alios terminos lapideos grossos, & eminentes quod vbi & prout ordinaretur per præfatum dominum arbitrum, & arbitratorem videlicet vnum ex dictis octo terminis in confurtio in quo iungũtur via vsitata Cunei, & villæ via appellata via moneta,& alia via appellata via antiqua dictorum locorum Cunei,& villę: alium à latere dictæ vię antiquæ.

Item alium propè turrem appellatam turrem de Pupanio.

Item alium in confurtio appellato confurtio Sancti clerici.

Item alium prope viam lucentis,& ab eius latere.

Item vnum alium propè viam lucentem ab eius latere.

Item vnum alium propè viam appellatam via de boscho.

Item vnum alium in ripa superiori fluminis sturiæ,& alium circa fundum dictæ ripę deuersus sturiam constantibus inde de præmissis,& aliis duobus publicis instrumẽtis,& per me notarium subsignatum, & per dominicum Parati de Cherio notarium publicum ad conficiẽdum receptis die herina decima septima mensis huius Aprilis,& ita fuerit quod lata dicta sententia,& inde amologata per dictas partes præfatus dominus arbiter,& arbitrator, & potestate super hoc sibi reseruata ordinauerit ad dicta octo loca octo lapides grossos, & eminentes debere conduci de præsenti pro ipsis in locis prædictis plantandis, in executione dictæ sententiæ quos lapides dictæ partes conduci fecerunt iuxta ordinationem præfati dñi arbitri, & arbitratoris ad loca prædicta hinc fuit,quod comparentibus in dicto confurtio vię vsitate,& viæ veteris Cunei,& villæ ac viæ monetæ discretis viris Laurentio de viali facioto Tolosani,Ludouico rubati sindicis,& sindicarijs nominibus communitatis, & hominum dicti loci Cunei,ex vna & Ioanne agli ac Philippo Perata de Centalo sindicis, & sindicarijs nominibus communitatis, & hominum dicti loci Centali partibus ex altera,ipsæ inquã partes instanter requisiuerunt per præfatum dominum arbitrum & arbitratorem vigore dictæ sibi reseruatæ potestatis sententiam per eum latam in & supra dictorum terminorum plantatione executioni demandari,& præfatus dominus Franciscus arbiter,& arbitrator vigore dictæ sibi reseruatæ potestatis intendens pronunciata per eum,vt supra effectum sortiri fecit primo plantari pro termino vnum grossum & latis eminentẽ lapidem longitudinis quatuor pedum vel circa in dicto confurtio in quo dicta via antiqua Cunei,& villæ iungitur alteri viæ appellatæ viæ monetæ, & ibidem dicta via moneta iungitur etiam alteri viæ vsitate dictorum locorum Cunei, & villæ vsque ad quodam confurtium vsque ad quod confurtium protendunt vt dicitur fines buschę videlicet vsque ad terminum unum in confurtio eodem plantatum in parte existente deuersus dictum locum buschę, & distante ab ipso termino Cunei, & Centali nunc plantato per decem & septem pedes vel circa cui lapidi plantato ab infra terram apponi fecit duos lapides laterales ex vno diuisos,& a posteriori parte ipsorum duorum lapidum lateralium vnum lapi-

N dem

dem claudentem ipsum lapidem pro termino plantatum,& duos lapides laterales prædictos ad denotandum,& demonstrandum quod ipse terminus tendit mirat diuidit tantum ad vnam partem videlicet prout tendit dicta via antiqua usque ad alium terminum secundum in ordine infra proxime descriptum iuxta formam, & effectum dictæ sententiæ.

Item plantari fecit pro termino unum alium lapidem grossum,& conuenié tẽ,& tendentẽ ad ingredinem longitudinis pedum quatuor, & digitorum quatuor uel circa propè dictam uiam antiquam & non multum usitatam,& ab ipsius uiæ latere existenti deuersus occidentem per distantiam ab ipsa uia unius pedis cum dimidij uel circa & eidem lapidi pro testimonijs apponi fecit ab infra terram duos lapides uidelicet unum à parte existente deuersus turrem de allaxis,& alium à parte existenti deuersus Dronerium uel circa,& in posteriori parte dictorum duorum lapidum testimonialium uidelicet deuersus quadram superiorẽ ipsius lapidis pro termino plantati poni fecit unum alium lapidem claudentem deuersus ipsam quadram dictum lapidem pro termino plãtatum ac dictos duos lapides testimoniales ipso termino cõtiguos qui lapides testimoniales & lapis eos Claudens ex unico lapide diuisi fuerunt, & minores sunt testimoniales dicto alio lapide eos claudente qui maior est & longior eis ad denotandum quod ipse terminus tendit diuidit, & mirat ad duas partes unam uidelicet tendendo infra prout tendit dicta uia antiqua iuxta formã, & effectum dictæ sententiæ usque ad terminum in confurtio dictarum uiarum ut supra proximè plantatum & ad aliam partem trauersando dictam uiam antiquam, & tendendo per directum ad terminum infra proximè descriptum,& distat dictus secundus terminus à dicto primo supra plantato mensurando per directum p centũ septuaginta quatuor trabuchos vel circa. Item plantari fecit unũ aliũ lapidẽ grossum, & eminẽtem tertiũ in ordine longitudinis pedum sex & largitudinis pedum duorum cum dimidij ac distantem à turri de Pupanio p duos trabuchos minus quatuor digitos, & à termino secundo supra proximè plantato per trabuchos centum octaginta tres uel circa in cuius termini lateribus ab infra terram apponi fecit duos lapides laterales uidelicet in quolibet eius latere unum pro testibus unum uidelicet deuersus dictam turrem & alium aliquantulum,eo grossiorem ab alia parte sibi contraria ad denotandum,& demonstrandum terminum ipsum tendere diuidere & mirare ad duas partes uidelicet ab parte,& ab eo recta linea ad secundum terminum suprascriptum, & ab alia parte recta linea ad alium infra proximè descriptum.

Item plantari fecit unum alium lapidem grossum,& eminentẽ longitudinis pedũ quatuor cum dimidij quartũ in ordine & distantẽ à tertio termino turris supra proxime plantato per trabuchos trecentos, & duos in confurtio supradicto appellato confurtio Sancti clerici in quo duæ uiæ iungũtur, & reducuntur in una uidelicet uia una tendens deuersus turrim de Centalum,& altera quę ibidẽ appellatur uia de quaranta, quæ tẽdit de loco Cunei ad dictum locum Centali per distantiã ab ipsis duabus vijs quatuor pedum vel circa videlicet dictę vię usitatę turris de roa & alterius viæ ẽt de quaranta usitate p duos trabuchos cũ dimidiũ uel circa & eidẽ termino apponi fecit unũ lapidẽ testimo-

monialem à parte illa in qua ipse duæ viæ simul iunguntur, & vniuntur seu parum de super & vnum alium à parte existenti deuersus turrim de vineis seu ab ipsius termini parte inferiori ac vnum alium lapidem claudẽtem ipsum terminum,& dictos duos laterales & testimoniales lapides videlicet dictum lapidem appositum deuersus vnionem dictarum seu parum de super eam ad denotandum dictum terminum mirare tendere diuidere recta linea ad dictum terminum turris de Pupanio tertium in ordine vt supra proximè plantatum, & alium testimonialem deuersus dictam turrim de vineis ad denotandum per eũ ipsum terminum tendere mirare & diuidere prout tendit, & designat dicta via de qua antea vsque ad alium terminum viæ lucentis de quo infra proximè fit mentio,& lapidem posteriorem claudentem terminum,& lapides laterales prædictos ad denotandum quemlibet dictorum lapidum lateralium testificari terminum ipsum mirare & tendere ad dictas duas partes, & non deuersus ipsum lapidem posteriorem sed eorum miram claudi per ipsum lapidem posteriorem deuersus partem in qua ipse positus fuit vt supra.

Item fecit plantari vnum alium grossum terminum longitudinis pedum trium,& digitorum quatuor quintum in ordine,& distantem à quarto termino confurtij Sancti Clerici vt supra proxime plantato per trabuchos quingentos quadragintaquinque vel circa mensurando per directum videlicet in loco illo in quo erat plantatus vnus lapis in terminum allegatus pro dicta parte Centali:qui locus est prope viam publicã tendentem de Cuneo Centalum,& ecõuerso appellatam communiter viam lucẽtis, & etiam apud aliquos, vt dicitur viam broparentiam,& ab ipsius viæ manu dextra eundo de Centalo Cuneum per distantiam ab ipsa via vnius trabuchi cum dimidij vel circa & ipsi termino pro testimonio poni fecit vnum lapidem ab infra terram à parte quæ est deuersus parum de super turrim de Pupanio,& alium etiam pro testimonio à parte quæ est deuersus Cuneum vel circa & à posteriori parte ipsorum duorum lapidum lateralium, & testimonialium apponi fecit vnum lapidem qui claudit deuersus ipsam partem posteriorem in qua positus fuit terminus, & duos lapides testimoniales prædictos,& eorum miras ad denotandum, & demonstrandum per dictum lapidem lateralem positum deuersum parum de super dictam turrim ipsum terminum mirare & diuidere infra prout tendit dicta via iuxta formã dictæ sententiæ,& per alium lapidem lateralem positum deuersus Cuneum ipsum terminum mirare diuidere tendere recta linea ad terminum infrascriptum & sic tantum ad duas partes per dictum alium lapidem posteriorem & claudentem terminum,& alios duos lapides laterales prædictos quod ipse terminus non mirat nonque diuidit ad partes illas ad quas tendunt ipsi duo lapides laterales quas claudit & tollit ipse posterior lapis ad quas alijs nó apparentibus miraret & diuideret nisi clauderetur & tolleretur eius mora per dictum lapidem posteriorem secundum iudicium cuiusliber in talibus experti.

Item anno quo supra die vigesima tertia dicti mensis Aprilis suprascriptus dominus Franciscus arbiter & arbitrator continuando, & perseuerando in plantatione terminorum per eum ordinatorum plantari in sententia per eum lata de qua supra plantari fecit vnum alium lapidem grossum,& eminẽtẽ lon-

 gitudinis

gitudinis pedum quatuor vel circa in loco illo in quo erat plantatus vnus lapis albus, & satis grossus allegatus in quartum terminum pro dicta parte Centali qui locus est à parte inferiori viæ appellatæ viæ de boscho nunc magis vsitate,& à parte superiori alterius viæ etiam appellatæ de boscho nunc minus vsitate & ipsi termino apponi fecit duos lapides laterales,& testimoniales vnũ videlicet in parte ipsius termini existẽtis deuersus Bernecium,& alium in parte existente deuersus Fossanum ipsi termino contiguos infra terram ad denotandum terminum ipsum tendere, & mirare ad duas partes tantum videlicet ab ipso termino per directum ad dictum terminum viæ lucentis supra proxime plantatum,& à termino eodem etiam per directum ad alium terminum ripe infra proxime descriptum.

Item plantari fecit alium terminum grossum, & eminentem longitudinis pedum quatuor cumdimidij vel circa in ripa superiori fluminis sturiæ existenti deuersus Centalum apud dictam viam de boscho,& in parte superiori dictæ viæ,& apud aliam viam tendentem de Cuneo Fossanum, & econuerso in parte dictæ alterius viæ existentis deuersus dictum flumen sturię per distantiam, à qualibet dictarũ viarũ quatuor pedũ vel circa in cuius termini circa fundũ apponi fecit duos lapides laterales vnum videlicet in parte existenti deuersus Fossanum, & alium in parte existenti deuersus turrim ronchorum ad denotandum ipsum terminum tendere diuidere,& mirare ad duas partes videlicet ab eo per directum ad terminum supra proxime plantatũ,& alia tendendo deuersus dictum flumen sturiæ, & destendendo de dicta ripa prout tendit,& designat dicta via de boscho vsque in directum alterius termini infra proximè descripti.

Item fecit plantari vnum alium lapidem grossum, & eminentem longitudinis pedum quatuor cum dimidij octauum in ordine & distante à dicto termino ripæ, vt supra proximè plantato per trabuchos septuaginta duos vel circa mensurando prout tendit dicta via de boscho videlicet in confurtio vno existenti circa fundum dictæ ripæ in quo ipsa via de boscho tendendo versus sturiam diuiditur in duas partes quarum vna tendit à parte superiori dicti termini per distantiam trium pedum vel circa,& altera tendit ad ipsius termini partem inferiorem per distantiam, & ab eo duorum trabuchorum cum dimidij vel circa in cuius termini parte superiori labitur riuulus vnus ibidem prope excaturiens & ipsi termino apponi fecit duos lapides laterales, & testimoniales ex vnico diuisos vnum videlicet à parte deuersus viam ex dictis vijs videlicet superiorem & aliam ab alia eius parte necnon vnum alium lapidem adhærentem lapidi laterali existenti deuersus dictam viam superiorẽ, & claudentem quadram superiorem ipsius termini tantum ad denotandum, & demonstrandum,quod ipse terminus tendit mirat,& diuidit ad duas partes videlicet ab vna parte prout tendit dicta via de boscho iuxta formam dictæ sententiæ vsque ad terminum dictę ripæ supra proximè plantatum,& ab alia parte deuersus sturiam vsque ad dictum flumen sturiæ prout mira ipsius termini mediantibus dictis lapidibus lateribus,& dicto alio lapide claudente dictam quadram superiorem designat,& demonstrat. insuper ad tollendum omne dubium mi-

ræ dicti termini deuersus sturiam præfatus dominus arbiter, & arbitrator de consensu expresso dictarum partium plantari fecit vnum alium lapidem satis grossum in ripa partis vnius dicti fluminis sturię appellatæ la leona per distantiam ab ipsa leona vnius trabuchi cum dimidij vel circa ad quẽ terminum voluit mirare terminum supra proximè, & eidem termino apponi fecit duos lapides laterales sibi infra terram contiguos vnum videlicet ab eius parte superiori,& alterum ab eius parte inferiori ad demonstrandum ipsum terminum tendere diuidere, & mirare ad duas partes vnam videlicet recta linea ad terminum supra proximè descriptum,& alterum ad locum vnum in quo fodi fecit existentem prope dictum flumen sturiæ in quo plantari non poterit terminus aliquis propter noctem superuenientẽ: quibus omnibus sic peractis tam die decima octaua quam die vigesima tertia dicti mensis Aprilis per præfatũ dominum Franciscum qui reuersus fuit ad terminum ripæ suprascriptum, & ibidem præfatus dominus arbiter, & arbitrator dixit & protestatus fuit se fecisse plantari ꝑdictos terminos in locis supra declaratis volens, & intendẽs eos diuidere tendere; & mirare in omnibus,& per omnia prout in dicta sententia continetur præsentibus ad præmissa omnia semper Napiono de Napionibus de Pinerolio notario necnon Constantio Coytino de Salucijs testibus ad hæc vocatis,& rogatis necnon præsentibus semper & consentientibus sindicis communitatis,& hominum Cuneij, ac sindicis communitatis, & hominum Centali supra nominatis de quibus omnibus tam ipsi dominus Franciscus arbiter, & arbitrator quã dicti sindici pręceperunt per me Ioannẽ benedicti de moglolia habitatorẽ Centali & per Dominicũ Perrati de quærio duo eiusdẽ tenoris fieri publica instrumenta vnum videlicet per me Ioannem subsignatum notariũ ad opus,& pro parte communitatis & hominum dicti loci Centali, & per dictum Dominicum alium ad opus & pro parte communitatis, & hominum dicti loci Cunei: Postque ibidem & incontinenti prænominati sindici communitatis,& hominum Centali requisiuerunt per ipsum dominum Franciscũ quatenus vellit facere euelli terminum plantatum in confurtio Sancti Clerici, & ibidem plantari facere alium lapidem pro termino tendentem magis ad rotũditatem quã tendat ille nunc ibidem plantatus vt supra & hoc ad tollendum omne dubium,& materiam quæstionis quæ in futurum posset suscitari attento quod lapis nunc ibidem pro termino plantatus minus quadratus est, & dictus Franciscus præmissis auditis non volens vacare ad præsens circa plantationẽ terminorum intermediorum quos plantari ordinauit inter terminos octo principales de quibus in dicta sententia fit mentio, & euulsionem dicti termini Sancti Clerici,& alterius in eius locum plantationem de ipsarum partium ibidem præsentium expresso consensu cõmisit suprascripto Napiono de Napionibus ibidem præsenti plantationem dictorum omnium aliorum terminorum,& euulsionem dicti termini Sancti Clerici, & alterius in eius locum plantationem cum suis dependentibus vniuersis vices suas eidem Napiono in præmissis, & plenarie conferendo, præsentibus ad hæc egregio iuris perito domino Ioanne de Thomatis filio dicti domini Francisci Ioannetto de Thomatis eius filio,& subscripto Constantiõ Coytini de Salucijs testibus ad hæc

vocatis & rogatis de quib. præceptum fuit & per me & per Dominicum Perrati dequærio notarium ſubſignatum, & vt ſupra fieri duo eiuſdem tenoris publica inſtrumenta vnum videlicet pro qualibet parte: ego quidem Ioannes benedicti de moglolia notarius publicus Imperiali,& regia authoritatibus conſtitutus qui vna cum dicto Dominico Perrati notario de quærio, & teſtibus ſupraſcriptis præmiſſis omnibus contractibus celebratis per dictum domi num arbitrum, & arbitratorem præſens fui eaque omnia in notam pro communitate Centali prædicta recepi,& demum de eadem requiſitus à dicta com munitate Centali hoc inſtrumentum publicum extraxi, & manu propria ſcripſi ſignumq; meum ſolitum, & conſuetum Duxi apponendum in fidem omnium & ſingulorum præmiſſorum.

ANNO Domini Milleſimo quadrageteſimo quadrageſimo quarto inditione ſeptima die decima octaua menſis Iunij tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis fiat manifeſtum q cum ſpectabilis miles,& famoſus vtriuſque iuris doctor Domi nus Franciſcus de Tomatis præſidens generalium audientiarum Illuſtriſſimi domini Ducis Sabaudiæ, &c. tanquam arbiter & arbitrator electus,& aſſumptus inter & per ſindicos communitatis loci Cunei ex vna ac ſindicos communitatis,& hominum loci Centali partibus ex altera tulerit ſententiam arbitralem, & arbitramentalem per quam inter cætera pronuntiauit terminos octo principales,& alios inter medios plantari debe re pro diuiſione finium dictorum locorum quos octo principales, & vltra eos deuerſus ſturiam vnum plantari fecit,& non valens vlterius vacare circa aliorum terminorum plantationem de expreſſo conſenſu dictorum ſindicorum cõ miſerit ipſorum plantationem ac euulſionem termini per eum plantati in confurtio Sancti clerici,& alterius ibidem in eius locum planctandi diſcreto viro Napiono de Napionibus de Pinerolio notario cum plenaria ſibi ſuper hoc attributa proteſtate conſtantibus de præmiſſis, & alijs tribus publicis inſtrumentis ad conficiendum recept. & per me notarium ſubſcriptum, & dominicum Perrati de quærio notarium publicum ſub anno inditione præſentib. vno videlicet dictæ ſententiæ ſub die decima ſeptima menſis Aprilis proximè præteriti, & plantationis dictorum terminorum ſub diebus decima octaua, & vigeſima tertia menſis prædicti,ac ipſius commiſſionis dicto Napiono factæ ſub dicta die vigeſima tertia dicti menſis Aprilis poſtquam partes ipſe inſtiterunt, erga dictum Napionum ſibi commiſſa per eum executioni demandari hinc fuit quod vocatis præſentibuſque, & conſentientibus Laurentio de viali Facciotto Toloſani, & Ludouico rubati de dicto loco Cunei ſindicis,& ſindicarijs nominibus communitatis,& hominum dicti loci Cunei pro vna parte & Ioanne agli Toma de Oliuettis ſindicis, & ſindicarijs nominibus communitatis, & hominum dicti loci Centali pro parte alia prænominatus Napionus vigore commiſſionis ſibi ſupra factæ fecit euelli,& amoueri terminum in dicto confurtio plantatum cauſa in commiſſione ſibi facta contenta, & in loco eo in quo erat ipſe terminus plantatus plantari,& apponi fecit vnum alium lapidem ſatis

tis groſſum pro termino tendente magis ad rottunditatẽ quam tenderet ipſe terminus amotus longitudinis paulo minus tribus pedibus in cuius inferiori parte apponi fecit vnum lapidem lateralem pro eius teſtimonio tendentem quantum rectius ſiue liuello apponi potuit ad terminum turris de Pupanio, & vnum alium ab vna alia eius parte tendentem, & mirantẽ prout tendit ibidem via de quaranta & ab ipſorum duorum lapidum teſtimonialium parte poſteriori apponi fecit vnum lapidem ita longum, quòd amplectitur, & claudit ipſum lapidem pro termino plantatum, in dictos eius lapides teſtimoniales ad denotandum & demonſtrandum ipſum terminum tantum mirare, & diuidere ad duas partes videlicet quas deſignant,& demonſtrant dicti duo lapides teſtimoniales qui ſunt ab vna parte, & ab ipſo termino recta linea ad terminum dictæ turris de Pupanio,& ab alia parte à termino ipſo prout tendit, & deſignat dicta via de quaranta vſque ad terminum viæ lucentis iuxta mentem, & effectum ſententiæ arbitralis ſeu arbitramentalis de qua ſupra.

Item attento quòd via lucenti tendens propè terminum quintum ex principalibus plantatum propè dictam viam lucentis deſcendendo infra diuiditur in duas vias quarum vna videlicet inferior tendit ad locum Centali & altera videlicet ſuperior tendit ad confurtium Sancti Clerici in dicto confurtio appellatur via de quaranta volentibus,& requirentibus dictis partibus,vt tollatur in futurum omnis materia quæſtionis plantari fecit vnum lapidem groſſum, & eminentem longitudinis pedum quatuor cum dimidio prope locum in quo ipſa via in duas vias prædictas diuiditur,& propè dictam viam ibidem diuiſam, & tendentem ad dictum confurtium Sancti Clerici, & ab ipſius viæ ſuperiori parte videlicet à manu ſiniſtra eundo de termino viæ lucentis per dictam viã ad terminum dicti confurtij,& eidem lapidi apponi fecit pro teſtimoniis duos lapides laterales ipſi termino contiguos infra terram ad denotandum terminum ipſum tendere & mirare ad duas partes videlicet vna ad dictum terminum confurtij Sancti Clerici & alteram ad terminum dictæ viæ lucentis iuxta formam,& effectum dictæ ſententiæ.

Item plantari fecit pro terminis intermedijs tres lapides groſſos & eminentes inter terminum vię lucentis,& terminum viæ de boſcho,& in ipſorum duorum terminorum rectitudine ac mira videlicet illa quæ fieri potuit ad oculũ ſine liuello videlicet primum deuerſus dictum terminum viæ lucentis longitudinis parum minus pedum ſex, & ſecundum longitudinis etiam pedum quatuor & tertium longitudinis,& pedum quatuor per diſtantiam quo ad dictum primum terminum à termino viæ lucentis trabuchorum centum nonaginta trium vel circa & per eandem diſtantiam quo ad quemlibet aliorum dictorũ duorum terminorum menſurando tamen ſatis groſſo modo propter blada in vna parte & nemus in altera ibidem exiſtente, & cuilibet dictorum trium terminorum apponi fecit infra terram duos lapides teſtimoniales, & laterales ad denotandum infraſcriptos tres terminos intermedios ſibi ipſis, & dictis duobus terminis principalibus mirare quorum trium terminorum intermediorũ tertius eſt ab vna eius parte concauatus.

Item anno quo ſupra die decima non à dicti menſis maij pſentibus, & conſentientibus

sentiĉtibus partibus ante dictis dictus Napionus fecit apponi & plãtari pro terminis intermedijs tres alios lapides grossos & eminentes inter dictum terminũ viæ de boscho & terminum ripæ altioris fluminis sturiæ in rectitudine illa ipsorum duorum terminorum principalium quæ sine liuello ad oculum per potuit videlicet primum deuersus ipsum terminum viæ de boscho longitudinis pedum quatuor distantem ab ipsorum termino viæ de boscho per trabuchos octoginta vel circa in ripa viæ ibidem existente, & protendenti a turri ronchorum vsque ad locum dicti termini, & infra,& secundum longitudines pedum sex vel circa distantem ab ipso primo termino in dicta ripa plantato per trabuchos centum & quadraginta tres prope viam vnam appellatam viam de meyle,quæ tendit a loco Cunei ad monasterium de gerbo,& deinde Fossanũ & tertium longitudinis pedum quatuor vel circa distantem ab ipso secundo termino per trabuchos centum & triginta sex vel circa in bosco ibidem existente mensurando tamen satis grosso modo propter menias ibidem existens & cuiuslibet dictorum trium terminorum apponi fecit duos lapides testimoniales,& laterales,ac sibi contiguos videlicet vnum a parte superiori,& alium a parte inferiori infra terram ad denotãdum ipsos tres terminos ac terminos ripæ Sturiæ,& via de bosco sibiipsi mirare.

Item plantari fecit vnum alium lapidem satis grossum longitudinis pedũ duorum cum dimidij prope flumen sturiæ per distantiam ab ipsorum flumine, & quinque trabucorum vel circa in quodam bosco ibidem existente, videlicet in loco illo in quo fuerat facta fouea mãdamento supradicti domini Franciſci tempore quo plantari fecit octo terminos principales, & terminũ ripæ leone de quibus in instrumento plantationis ipsorum terminorum de quibus supra fit mentio,& ibidem infra terram apponi fecit duos lapides pro eius testimonijs,videlicet a qualibet parte vnum ad denuntiandum ipsum terminum tendere,diuidere,& mirare ad duas partes, videlicet vnum ad dictum flumen sturiæ per directum,& aliam etiam per directum ad terminum plantatum in ripa leonæ de qua in instrumento plantationum terminorum de quibus supra fit mentio, protestans ibidem ipse Napionus,quod intentionis suæ, prout ipsos terminos feciſſe plantari in locis de quibus, & prout supra in omnibus, & per omnia, iuxta formam, & effectum sententiæ, de qua supra, & non aliter, nec alio modo. acta fuerunt hæc in locis de quibus, prout supra præsentibus instantibus, & consentientibus sindicis supraſcriptarum partium supranominatarum, necnon Franciſchino Corsi de periora marchionatus Cunei, Petro Simondi de Cesio, Gulielmo familia de Cerriono, Antonio postha de Masscrano testibus ad hæc vocatis, & rogatis, de quibus omnibus iuxta dictum terminum vltimo plantatum, & in plantatione cuiuslibet aliorum prædictorum supra nominati sindici dictis nominibus percepe-runt,& per me notarium subscriptum,& per Dominicum Perratæ de Querio notarium publicum fieri duo eiusdem tenoris publica instrumenta, vnum videlicet per me ad opus, & pro parte communitatis dicti loci Centali, & aliũ per dictum Dominicum Perrati ad opus, & pro parte communitatis loci Cunei. Ego autem Ioannes Benedicti notarius publicus Imperiali, & regis auctoritatibus

ctoritatibus constitutus,præmissis omnibus, & singulis dum sic vt præmittitur agerentur,& fierent vna cum supraſcripto Dominico Perrati de Quærio notario, ac testibus supraſcriptis præsens fui eaque omnia pro parte communitatis prædictæ Centali in notã recepi, & demum de eadem hoc instrumentũ publicũ extraxi,& manu propria scripsi ad opus dictæ communitatis Centali, signumque meum solitum,& consuetum duxi, apponendum in fidem omniũ & singulorum præmissorum. Et ego Michael Bequeri publicus Imperiali, & ducali auctoritatibus notarius prædicta quæ quidem instrumenta ab originalibus suis per notarium in ipsis designatum, videlicet Ioannem Benedicti de Moglolia, qui ea tradidit,confecit, & scripsit, ac subsignauit, & pro ipsis vocatis in societate Dominici Perrati de Quærio colegæ sui, qui sub eiusdem te noris eadem dicitur recepisse, fideliter extraxi, exemplaui, & accopiaui in formam supraſcriptam,& sub vnione quatuor pergaminorum simul scriptorũ in qualibet affixura manuali signo meo anotatorum, & in fide præmissorum requisitus parte egregiorum dominorum Aramellis de Tomatis, & Ruffini de Muris sindicorum communitatis Cunei ipsam copiam,signo meo tabellionatus signaui, & propria manu subscripsi in Cuneo in domo meæ habitationis anno domini millesimo quadragentesimo sexagesimo quinto, & die nona mensis Martij facta de ipsa copia cũ originali suo debita collatione,& vtrunque concordare reperto nil addito vel remoto, quod substantiam mutet, vel intellectum variet.

Transactio inter communitatem Cunei, & particulares Pipperagni, habentes prædia super finibus eiusdem loci Cunei vltra Gecium.

1412 28 Iun.

IN Nomine Domini Amen, Anno eiusdem domini millesimo quatercentesimo quadragesimo secundo inditione quinta,& die vigesima octaua mensis Iunij Nouerit modernorum præsentia, & futurorum successiua posteritas non ignoret, quod cum iam dudum exortæ fuerint ac susciteate Varijs,& diuersis respectibus controuersiæ dissensiones, & differentiæ inter sindicos & communitatem Cunei ex vna parte & nonnullas singulares personas de loco Pipperagni habentes tenentes, & possidentes plura,& diuersa prædia pratta terras,& alias possessiones in finibus,& territorio Cunei vltra flumen getij, pro quibus personis singularibus communitas dicti loci Pipperagni sæpe interueniebat defensorio nomine eorundẽ ex alia parte: dicebat enim & affirmabat dicta communitas Cunei prædictas personas de Piperagno in dictis finibus Cunei possidentes teneri,& astri ctas esse ad registrandum in Cunio dictas possessiones quas in dictis finibus nunc habent,& in futurum habebunt quocunque titulo semper & quandocunque per dictam communitatem Cunei foret ordinatum,& inde ad contribuendum cum dicta communitate Cunei pro rata dictarum possessionum omnibus

& singulis oneribus realibus,& personalibus,& alijs quibuscunque occurrentibus in dicta communitate,& pro ipsis oneribus ad soluendum realiter,& de facto pro rata prædicta omnes,& singulas taleas,& collectas impositas per dictã communitatem & Imponendas,& hoc tam ex dispositione iuris communis quam ex forma statuti Cunei super hoc disponentis positi in volumine capitulorum Cunei collatione prima sub rubrica per quod statutum est omnes possessiones finium Cunei fuerunt,& sint dictis oneribus impositis obnoxiæ,& obligatæ:dicebat insuper dicta communitas ex forma conuentionum suarum libertatum,& antiquæ consuetudinis posse libere imponere Gabellam,& impositam tollere augereque,& minuere super fructibus dictarum possessionum quandocunque extraheretur à dictis finibus,& inde tractam dictorum fructuũ prohibere,& concedere pro libito voluntatis,& dictos homines Pipperagni ad soluendum dictam Gabellam,& aliam quamcunque super hoc impositam,& imponendam teneri,& astrictos esse quemadmodum sunt & esse consueuerunt cæteri omnes extrahentes singulos fructus à finibus Cunei,& vice versa pro parte dictarum singularum possessionum in finibus Cunei dicebatur,& respondebatur ipsas non teneri ad contribuendum cum communitate Cunei in oneribus prædictis pro dictis possessionibus nisi solum pro oneribus mere realibus tũc sic disponente & maxime cum non consueuerint temporibus retroactis pro dictis possessionibus aliqua onera supportari in Cuneo,& quandocunque cõstringeret aliqua onera substinere dicebãt non posse aliquod serramentum fructuũ dictarũ possessionum fieri aut gabellam imponi per dictam communitatem Cunei sicut superius pro parte dictæ communitatis Cunei assertum est.Cum etiam consueuerunt de toto tempore immemore hominum dictos fructus libere extrahere pro conducendo ad sua domicilia in dicto loco Pipperagni,& sic consequenter dicebant dictam Gabellam nouiter fuisse indebitè,& contra iuris dispositionem positam:dicebant insuper se posse libere,& impune de pascere eorum animalia in dictis eorum possessionibus communiter & vicisim necnon in possessionibus communibus,& circunstantibus,et maxime In quantum onera aliqua pro dictis possessionibus substinerent contradicente tamen dicta communitate Cunei & opponente prædicta fieri non debere prout dictæ partes præmissas quæstiones dissensiones,& differentias in præsentia notariorum,& testium infrascriptorum plenius oretenus explicarunt. Hinc est, quod ipse partes videlicet egregius legum Doctor dominus Ioannes Torselli, & Nobilis Iacobinus Dulcis, sindici communitatis Cunei ad hoc etiam specialiter electi & deputati per consilium generale dicti loci cum plena larga,& omnimoda potestate à generali consilio dictæ communitatis ad infrascripta peragendum,vt plenius constat,& apparet in libro reformationum dicti consilij descripta manu Ludouici Sordanelli notarij,& scribæ dictæ communitatis cuius reformationis tenor inferius de verbo ad verbum est insertus necnon prouidi viri Georgius Bertritus,& Antonius Chiualerius sindici,& procuratores singularum personarum dicti loci de Pipperagno in finibus prædictis de Cuneo possidentium quorum nomina inferius describuntur habentes etiam de dictis personis singularibus necnon communitatibus dicti loci potestatem plenariam

riam ad infrascripta peragenda constantibus duob. publicis instrumentis sumptis vno videlicet per Henrietum Bassium notarium publicũ de Pipperagno alio vero per Georgium Pelegrinum etiam notarium publicum de eodem loco Pipperagni quorum tenores inferius in fine præsentis instrumenti sunt inserti volentes,& affectantes partes ipsę dictas discordias,& differentias totis viribus amicabiliter terminari ad tollendum lites iam exortas quæ dictæ partes iam diu ad multos rancores multiplicatosque sumptus deduxerunt animaduertentes insuper quod solicitudine vigilij considerando ac diligenti studio à cunctis firma stabilitate seruanda quæ pacem pariunt modestiam nutriunt lites perimunt,et sua vnicuique pacificè possidere,et præsertim vbi consistit incolarum,et terrarum vicinia, quæ à frequente conuersatione posse nequeunt abstinere et propterea ab inchoatis vt præmittitur controuersijs resilentes de præmissis quæstionibus controuersijs,et differentijs ac ex eis dependentibus, alijsque clausulis inferius declaratis ad infrascriptam transactionem concordiam conuentiones infrascriptaque pacta de communi vtriusque partium voluntate deuenerunt perpetuo valituras,& duraturas interueniente super hoc tractatu egregij viri Francisci Corasi moderni Vicarij dicti loci Pipperagni ac nonnullorum aliorum vtriusque partium Dominorum,et primo fuit dictum conuentum transactum ac pacto expresso firmatum inter dictas partes,quod omnes,et singulæ personæ de dicto loco Pipperagni tam inferius nominatæ, quam aliæ quæcunque ipsarumque successorum quæ nunc habent tenent vel possident aut in futurum habebunt tenebunt vel possidebunt in finibus,et territorio Cunei vltra flumen getij possessiones aliquas siue sint prata prædia arratoria nemora siue aliæ possessiones quorũcunq; nomina constantur fideliter ac sine fraude ac difficultate quacunque registrare in Cuneo semper prout et quomodocunque fuerit per consilium Cunei ordinatum ac modis & formis sub pœnisque,et terminis declarandis per dictum consilium necnon pro dictis possessionibus soluere realiter et de facto in Cuneo quascunque taleas,et collectas per dictam communitatem Cunei de cætero imponendas pro quibuscunque oneribus realibus,& personalibus,& mixtis pro solido & libra ac rata registri dictarum possessionum,& hoc videlicet quandocunque & quotiescunque fuerint imposita talea siue collecta per dictam communitatem generaliter incolis Cunei,& alijs possidentibus in finibus Cunei super registro dicti communis hoc tamen intellecto quod communitas Cunei ad releuationem incolarum dicti loci Cunei duntaxat,& ad exonerandum solutionis partis spectantis ipsis incolis Cunei de quacunque talea modo quo supra imponenda possit semper & pretijs Gabellarum vini,& macelli dicti loci ipsaque pretia ad proprium vsum dictorum macellorum libere conuertere saluo pro declaratione præmissorum quod dicti de Pipperagno,vt supra possidentes ad aliquã taleam imponendam ratione custodię cuiuscunque diuinæ vel nocturnæ loci Cunei,& infra muros Cunei inclusiue aut etiam pro acquisitione alicuius Castri vel villæ ex qua acquisitione non animaduerrentur redditus siue prouentus dictæ communitatis Cunei insuper & pro exercitu aliquo vel stipendiarijs si & quandocunque concederentur Illustrissimo domino domino nostro duci

per dictam commuitatem Cunei ſi contingeret ipſos ſtipendiarios vel exerci tum perſonaliter deſtinari non teneantur nec ſint aſtricti caſibus prędictis ſicut præmittitur euenientibus, & nihilominus dicta communitas Cunei ad com-putum aliquod reddendum dictis de Pipperagno vt ſupra poſſidentibus aliquo caſu etiam ſi talea imponeretur minime teneatur niſi in caſu duntaxat, quod communitas ipſa Cunei computum redderet vniuerſaliter omnibus, & ſingulis diſtrictualibus Cunei ac cæteris poſſidentibus in finibus dicti loci Cunei, quo caſu dicti homines de Pipperagno quorum intereſt poſſunt in dicto generali computo intereſſe ſi voluerint: hoc etiam intellecto quod circa regiſtra fienda in Cuneo poſſeſſiones prædictorum de Pipperagno in finib. Cunei ſcituatę taxentur & depręcientur modis, & formis quibus poſſeſſiones hominum Cunei circumuicinę eiuſdem qualitatis bonitatis, & valoris taxarentur ita quod manifeſtè non appareant grauati.

Item fuit dictum tranſactum & conuentum ac pacto prædicto firmatum, quod prædicti de Pipperagno vt ſupra poſſidentes pro extrahendo fructus dictarum ſuarum poſſeſſionum à finibus Cunei, ipſoſq; conducendo recta via ad locum Pipperagni annis ſingulis tempore meſſium & tricturę ſeu tritulationis ad aliquam Gabellam impoſitam vel imponendam per commune Cunei, non teneantur imo ipſi fructus vt ſupra libere extrahere poſſint, non obſtante quocunque iuramento fructuum prædictorum per dictam communitatem facto vel fiendo.

Item fuit actum ac conuentum ac pacto firmatum inter dictas partes quod prædicti de Pipperagno nunc vel in futurum in ſuper dictis finibus Cunei, vt ſupra poſſidentes poſſint de cætero de ſpeciali beneficio liberè, & impunè conducere, & tenere ad paſcua eorum propria animalia quæcunque in dictis proprijs eorum poſſeſſionibus communiter, & viciſſim prout inter ſe diſpoſuerũt & eis viſum fuit expedire, & inde pro dictis paſchuis incedere & tranſire per vias publicas dictorum finium, & ꝑ alia loca communia necnon vicinia recto tramite ad dictas eorum poſſeſſiones accedendo dumtamen damnũ non inferant alienis poſſeſſionibus quarumcunque perſonarum nec in locis communibus moram trahant immoderatam in ipſo tranſitu, de qua mora ſtetur iuramento eorum ſi accuſarentur, & de moderamine ipſius more ſtetur arbitrio iudicantis poſſuntque etiam dicti de Pipperagno vt ſupra poſſidentes eorũ boues iniunctos depaſcere in paſchuis communibus dictorum finium propinquis dictis eorum poſſeſſionib. videlicet illa die, & illis diebus quibus laboraſſent in dictis eorum proprijs poſſeſſionibus vel alienis dumtamen, vt ſupra damna non inferant proprijs rebus, & in poſſeſſionibus quarumcunque perſonarum.

Item conuenit dicta communitas Cunei ac pacto firmauit ſi & in quantum de omnibus modo & forma quibus de iure potuit, & poteſt ac contenta fuit, & conſenſit de ſpeciali gratia quod homines de Pipperagno circa ſolutiones arreſtationum, & ſcripturarum ciuilium, & criminalium necnon circa banna damnorum inferendorum per eos & inter eos in dictis eorum poſſeſſionibus tractẽtur in Cuneo ſicut, & quemadmodum tractantur homines Cunei dumtamen ſimiliter tractentur homines in loco Pipperagni.

Item

Item fuit dictum in præmiſſa trãſactione quod prædicti de Pipperagno ſint quitti liberi, & immunes de ſolutione talearum quarumcunque hinc retro impoſitarum, per dictam communitatem Cunei reſpectu dictarum poſſeſſionum quas poſſidẽt ſupra finibus Cunei vltra flumen Getij, et ſaluo quod in retributione, & compenſatione dictarum talearum ipſi de Pipperagno, vt ſupra poſſidentes teneantur traddere, & conſignare eorum ſumptibus dictæ communitati Cunei omnia lignamina opportuna ad faciendum, & ædificandũ copertum caſalis communis ſiti iuxta conſiliariam eiuſdem communis excluſa ſuperiori copertura cauſarum ſiue ſcandalarum dumtaxat quæ lignamina teneãtur conducere infra feſtum carniſpriuij proximè venturum.

Item fuit dictum in præmiſſa tranſactione, & ex pacto conuentum quod prędicti de Pipperagno, vt ſupra poſſidentes teneantur, & ſint aſtricti ſe concordare, & conuenire cum emptoribus, & collectoribus Gabellę prædictæ iam dudum impoſitæ per commune Cunei ſuper fructibus pro tempore ipſorum Gabellatorum natis, & extractis naſciturisq; & extrahendis hoc denuo per ipſos de Pipperagno ab ipſis finibus Cunei, & hoc videlicet tam pro duob. annis proxime fluxis, quàm pro anno præſenti, & pro fructibus nunc pendentibus in dictis poſſeſſionibus, quia concordia præcędẽte de qua appareat an per propriam confeſſionem dictorum Gabellatorũ aut per publica inſtrumenta ſint poſtea, & eſſe intelligantur à præſtatione, & ſolutione dictarum Gabellarum vltra id quod fuerit conuentum inter eos quitti liberi, & abſoluti quod ſi forte contingeret ipſos de Pipperagno vt ſupra poſſidentes ſe non poſſe aut nolle cum dictis Gabellatoribus de dicta Gabella concordare eo caſu per præſentem tranſactionem non ſit derogatum iuri dictorum Gabellatorum, quod habent & eis competit ſuper exactione dictæ gabellæ reſpectu dictorum duorum annorũ proximè ꝑteritorum, & anni præſentis imo circa præmiſſa dicti gabellatores dictique de Pipperagno in ſuo priſtino iure dictæ gabellæ remaneant, & eſſe intelligantur.

Item fuit dictum & expreſſe reſeruatum ac declaratum in prędmiſſa tranſactione quod omne exercitium iuriſdictionis dictarũ poſſeſſionum dictorum de Pipperagno in dictis finibus exiſtentium in ciuilibus, & criminalibus, & in quibuſcunque actibus fiat regatur terminetur, & executioni mandetur in Cuneo & in curia Cunei atque per officiales & camperios Cunei, ac prædictas ſingulares perſonas ad quas pertineat quocunque reſpectu, & ſimiliter omnes accuſę de quocunque damno, & crimine fiendo vel committendo in dictis poſſeſſionibus fiant in curia Cunei.

Item fuit dictum, & conuentum inter dictas partes, vt facilius valeant ad inuicem conuerſari pro aliquo debito ciuili non poſſit concedi cambium per aliquem communitatũ prædictarum Cunei & Pipperagni nec arreſtatio fieri niſi contra principales debitores niſi in defectum iuſtitię non adminiſtratæ per officiales ipſorum locorum ſiue alterius eorum quam iuſtitiam miniſtrare teneantur de proprijs ſubditis ſummariè, & de plano per arreſtationes principalium debitorum aut bonorum ſuorum diſtractionem ſubaſtationem aut congruam extimationem, & expeditionem prout negotij qualitas poſtularet infra tamen

quindecim

quindecim dierum ſpatium a die requiſitionis parte principalis creditoris cõ-petenter factę numerandorum, & tamen in defectum huiuſmodi iuſtitiæ non adminiſtratæ poſſit hinc inde concedi cambium ſecundum firmam iuris,& capitulorum locorum prædictorum.

Item fuit dictum inter dictas partes & conuentum quod prædicti de Pippe ragno vt ſupra poſſidentes poſſint vti frui, & gaudere libertate, & Franchiſijs communitatis Cunei in omnibus caſibus in præſenti tranſactione contentis,& non aliter nec alio modo & ſic econuerſo homines Cunei gaudere debeant priuilegijs,& libertatibus Pipperagni videlicet circa concernentia capitula ſu praſcripta,& non aliter nec alio modo.

Item fuit actum,& conuentum ac pacto expreſſo firmatum, & reſeruatum inter dictas partes quod per huiuſmodi tranſactionem pacta,& conuentiones non ſit derogatum alijs conuentionibus olim initis inter communitatem Cunei,& communitatem Pipperagni reſpectu certarum poſſeſſionum quas tempore dictarum couuentionum certi homines dicti loci Pipperagni poſſidebãt in quibuſdam finibus Cunei citra flumen collæ in dictis conuentionibus limitatis pro quibus dicta communitas Pipperagni tenetur annis ſingulis communitati Cunei in libris vigintiquinque Aſtenſibus prout in dictis conuentionib. plenius continetur nec ſimiliter ſit per ipſam tranſactionem derogatum iuribus communitatis prædictæ Cunei nec ſingularum perſonarum quarumcunq; in proprietate vel dominijs dictarum poſſeſſionum prædictorum de Pipperagno quas poſſident in dictis finibus Cunei in quantum ipſas poſſeſſiones, vel ipſarum aliquam indebitè vel iniuſtè poſſideant vel in futurum poſſiderẽt nec ipſis poſſeſſionibus per huiuſmodi tranſactionẽ ſit aut eſſe intelligatur in dictis poſſeſſionibus vel earum altera ius quæſitum in proprietate vel poſſeſſione ratione præſcriptionis aut alia quacunque ratione vel cauſa.

Item fuit actum in dicta tranſactione,quod prædicti ſindici prædictæ communitatis Cunei infra vnum menſem proximum teneantur huiuſmodi tranſactionem quemadmodum ſuperius eſt expreſſum facere ratificari,& approbari per conſilium generale dicti loci Cunei ipſamque tranſactionem deſtinare traddere,& exibere ſindicis dictæ communitatis Pipperagni ſumptibus dictæ communitatis Cunei & viceuerſa prędicti ſindici,& procuratores prædictæ cõmunitatis Pipperagni,& ſingularum perſonarum prędictarum, vt ſupra poſſidentium præſentialiter in dictis finibus Cunei teneantur ipſam tranſactionem facere ratificari,& approbari tam per dictam communitatem Pipperagni quã per ſingulares perſonas,vt ſupra poſſidentes prout & quemadmodum ipſi cõmunitati,& ſingularibus perſonis prædictis pertinere,& ſpectare dignoſcitur, & hoc ſub obligatione omnium bonorum prędictorum particularium, quæ omnia,& ſingula ſupra,& infra ſcripta prout ſuperius ſeriatim denotata ſunt dictę partes quibus ſupra nominibus rata grata, & firma in perpetuum habere tenere per ſtipulationem hinc inde interuenientem legitimè ea attendere & obſeruare promiſſerunt per ſe ipſas,& ſucceſſores eorundem, & in aliquo ſeu aliquibus non contrafacere dicere opponere vel venire aliqua ratione vel cauſa modo vel ingenio ſub obligatione prædicta cum debita reſtitutione omnium,

nium,& ſingulorum dominorum expenſarum,& intereſſe citra, & extra necnon ſub pœna ducatorum centum auri totiens amittenda quotiens de premiſſis per aliquam partem prædictorum foret contrafactum quę pœna ſupraſcripta præſens per nos Notarios ſupraſcriptos applicet pro duabus partibus Illuſtriſſimo Domino noſtro Duci,& pro reliqua parte attendenti, & non contradicenti de quibus omnib. iuſſum fuit per dictas partes fieri duo publica inſtrumenta eiuſdem tenoris per nos Antonium Cerrati, & Luchinum Moreti notarios publicos,& quemlibet inſolidum videlicet per me Luchinum Moreti parte communitatis Cunei,& per dictum Antonium parte illorum de Pipperagno. Acta fuerunt hęc in Cuneo ſub porticu Ceuæ dicti loci præſentibus ibidem aſſiſtentibus, & auſcultantibus venerab. viris Domino Antonio filio egregij ac nobilis viri Amedei ex Dominis Plozaſchi Prioris Sanctę Marię de Cherio, Domino Bartholomæo Monarcho de Foſſano Plebano eccleſiæ ſanctæ Mariæ de plebe de Cuneo egregio viro Antonio de Puteo de Raçonixio Vicario moderno ciuitatis Montisregalis laudabilibuſq; viris Laurentio Malerij,& Chitardo de brinis ambobus de Valentia notarijs Laurentio rebatino de Montebellio Notario ac Antonio Franco de intraguijs notario omnibus in dicto loco Cunei habitantibus plurib. aliis teſtibus omnibus ad omnia ſupraſcripta cognita vocatis, & rogatis. Sequitur tenor reformationis conſilii dictę communitatis Cunei; & ſubſequenter inſtrumentorum procure, & ſindicatus dictorum de Pipperagno. Anno Domini Milleſimo quatercenteſimo quadrageſimo ſecundo indictione quinta,& die ſecunda męſis Junij in pleno,& generali conſilio hominum Cunei,ſono campanæ voce præconia more ſolito congregato egregius legum Doctor Chriſtophorus de ſumma ripa iudex curiæ Cunei,& locumtenens ſpectabilis Domini Tribaldi laſcaris ex committibus Vintimilij Vicarij dicti loci,& diſtrictus requirunt ſibi conſilium dari ſuper propoſitis infraſcriptis.& primo.

Item cum iam longo tempore fuerit tractata concordia ſuper differentijs quam plurimis exortis inter hanc communitatem, & communitatem Pipperagni ac certas ſingulares perſonas eiuſdem loci poſſidentes in finibus Cunei cuius prætextu fuerit deuentum ad certa pacta,& capitula deſcripta in quadã cedula exhibita in præſenti conſilio, vt videatur aliquid pro meliori producta pacta concludantur,& confirmentur per publica documenta, quod placeat conſilio prouidere in reformatione dicti cõſilij in quo aderant pluſquam duę partes hominum dicti conſilij. ſuper facto ſecundæ propoſitæ fuit firmatum cõſilium,& deliberatum;& placuit omnibus nemine diſcrepante, quod ſindici moderni habeant plenam poteſtatem, & auctoritatem tranſigendi, & paciſcendi cum communitate Pipperagni, & ſingularibus perſonis eiuſdem loci poſſidentib. in finibus Cunei ſuper dubiis, & differentiis exortis ratione onerum ſupportandorũ pro dictis poſſeſſionib. quas poſſident ſuper finibus Cunei necnon reſpectu paſchagii dictarum poſſeſſionum, & Gabellæ fructuum extrahendorũ,& percipiendorum in dictis poſſeſſionibus, & aliis emergentibus & inde ipſa pacta, & tranſactiones redduci faciendum in publica inſtrumenta cum omnibus ſolemnitatibus clauſulis, & conditionibus obligationibuſq; &

cautellis

cautellis opportunis pro earum perpetua obſeruatione, & quicquid per eos factum conuentum tranſactum concluſum, & determinatum fuerit valeat teneat, & inuiolabiliter obſeruetur ſicut per totum conſilium huiuſmodi generale facta forēt: ego Ludouicus Sordanello de Cuneo publicus Imperiali auctoritate notarius, & ſcriba communis Cunei ſupraſcriptum tranſumptum extrahi feci per alium fidelem notarium ſubrogatum meum ab originali libro reformationis conſilij generalis communis prædicti in quo dictum ordinamentum originaliter continetur, & quia præcedente collatione de dicto originali ordinamento ad præſentem copiam vtrunque concordare inueni hic me ſubſcripſi, & ſignum meum manuale appoſui in teſtimonium præmiſſorum nomina autem ſindicorum modernorum dicti communis ſunt hæc egregius Dom. Ioannes Tortelli legum Doctor, & Iacobinus Dulcius notarius Sordanelli.

Tenor mandati dictorum de Pipperagno poſſidentium in dictis finibus Cunei.

IN Nomine Domini Amen, Anno Milleſimo quadrigenteſimo quadrageſimo primo inditione quinta die vigeſima ſexta menſis Octobris actum Pipperagni in paſcherio dicti loci præſentibus Auenturino Zampana de Pipperagno, & Thoma Brinati de Montecaberio tunc famulo curiæ dicti loci teſtib. ad oīa infraſcripta vocatis, & rogatis cunctis p̄ſentibus, & futuris fiat manifeſtū qđ Petrus canalus minetus piccolus, Antonius Viglionus Martinus Roſtagnus Bertram⁹ Tobergia Iacobus Tobergia, Folchinus Tobergia Antonius Auena Collinus Raynard⁹ Georgius de Georgijs Ludouicus Iobergia Io. Viglonus Andreas Granetus, Ioānes Roſtagnus Raymondus de Raymondis Obertus Botacius Thomas Petoli Michael Bonifacius Bertinus Iobergia Martinus Oroſetus Bartholomeus Cāpana Hēricus Renellus Andrinus Tobergia, Meynardus Meinerius Ioannes Cocagna Mathæus Ramerius Petrinus Viglionus Iacobus Ramerius Romondus Baſſus Collinus Falchis Gandulphus de Gandulphis Dominicus Chiualerij Mauritius Gāterij Gulielminus Granetus Andreas Comatus Bertramus Reuellus Antonius Baſſus Antonius Cauiglia Gulielmus Baſſus Manfredus Caualerius Oddinus Georgius Iacobinus de Bracho Martinus Carogna Frāceſchinus Teſta Bertola Pecol Ioannes Caualus Petrus Brina Ioannes Belua, Lazarus Gallus Laurentius Pecerius Meynardus Baſſus Laurentius Roſtagnus, Ludouicus Reuellus Ogerius Caualerius Gulielmus Marchus Ramondus Georgius Petrinus Canerius Bartholomeus Matalia Antonius Barberius Gulielmus Viglionus Ludouicus Caualerij Blaxius Campana Iacobus Vacus Iacobinus Belua, Antonius Taroglus Iacobus Caualerius, Antonius Meynardus Gulielmus Caualerius Ioannes Cauiglia Petrinus Pecolus, Andreas Meynardi Martinus Caualerius Iordanus Matalia, Andreas Gallus Bernardus Reuellus, & Antonius Imoſardus omnes de Pipperagno, & quilibet ipſorum prout melius, & firmius potuerunt, & poſſunt fecerunt conſtituerunt, & ordinauerunt, ac faciunt

ciunt & ordinant eorum, & cuiuslibet ipſorum veros legitimos, & indubitatos actores factores procuratores, & ipſorum negotiorum geſtores ſpeciales, & generales ita tamen quod generalitas ſpecialitati non deroget nec è contra videlicet Henrietum Baſſum Antonium Chaualerium Georgium Bertritum de eodem loco Pipperagni abſentes tamquam præſentes, & quemlibet ipſorum in ſolidum ita & taliter, quod non ſit melior conditio primo occupantis, nec deterior ſubſequentis ſed quod per vnum ipſorum incœptum fuerit per alium ſeu alios finiri, & terminari valeat, ſpecialiter, & expreſſe ad ſe nomine dictorum conſtituentium comparendum in curia Cunei coram officialibus dicti loci eorum quaſcunque defenſiones faciendū à quibuſcunq; ſententijs, & ſententia lata, & ferenda contra eoſdem, & ipſorum quemlibet prouocandum appellandum, appellationeſque proſequendum terminādum, & finiendum apoſtolos, & dimiſſorias litteras petendum, & obtinendum.

Item ad & nomine dictorum conſtituentium, & cuiuslibet ipſorum compromittendum & paciſcendū concordandum, & componendum ac compromiſſa pacta tranſactiones cōcordias faciendum in pœnis, & ſine pœnis, & iuramentis necnon cum omnibus alijs ſolemnitatibus obligationibus, & promiſſionibus neceſſarijs, & opportunis de debatis, & differentijs exiſtentibus inter dictos conſtituentes, & ipſorum quemlibet ac commune, & homines Cunei prætextu, & occaſione poſſeſſionum quas dicti conſtituentes habent, & poſſident ſuper finibus dicti loci Cunei pro quibus dicta communitas Cunei petebat à dictis conſtituentibus quod ipſi pro dictis poſſeſſionibus tenerentur, & eſſent obligati ad ſoluendū quæcunque onera impoſita, & imponenda ipſi cōmunitati Cunei pro ſolido, & libra ac ad regiſtrandum dictas poſſeſſiones in Cuneo quotieſcunque eſſet ordinatum per conſilium Cunei ſuper fructibus, percipiendis in dictis eorum poſſeſſionibus extrahendis de finibus dicti loci Cunei cum dependentibus, & emergentibus expremiſſis, & quæ emergere quomodolibet poſſunt, & generaliter omnia vniuerſa, & ſingula dicendum procurandum gerendum, & compromittendū tranſigendū, & concordandum quæ ipſimet conſtituentes, & ipſorum quilibet dicere procurare agere, & facere poſſent ſi perſonaliter eſſent in gerendis dantes, & concedentes dicti conſtituentes eorum conſtituentis, & cuilibet ipſorum in præmiſſis, & circa plenā largam Bayliam, & generalē adminiſtrationem cum poteſtate prędicta omnimoda omnia, & quæcunque faciendum gerendum procurandum dicendum & compromittendum tranſigendum comparendum, & concordandum pro libito, & ad libitū voluntatis dictorum procuratorum, & cuiuslibet ipſorum, & quæ cauſarum merita, & iuris ordo poſtulant, & requirunt, promittentes dicti conſtituentes, & ipſorum quilibet, & tam coniunctim quam diuiſim mihi Georgio Pellegrino notario ſubſcripto, vt perſonę publicę ſtipulāti, & accipienti nomine, & vice dictorum procuratorum, & omnium quorum intereſt aut in futurum intereſſe poterit omnia geſta dicta promiſſa procurata tranſacta concordata, & ordinata per dictos procuratores, & ipſorum quemlibet fuerint ſiue geſta perpetuo rata grata firma, & ſtabilia habere tenere, & inuiolabiliter obſeruare, & volentes dicti conſtituentes, & quilibet ipſorum dictos

eorum constitutorũ, & ipsorum quemlibet ab omni onere satisdandi pœnitus releuare promisserunt mihi notario subscripto prædictis substitutis, & eorum cuilibet de iudicio sisti, & iudicatum soluendo cum omnibus clausulis vniuersis & opportunis pro ipsisque substitutis,& ipsorum quolibet de præmissis omnibus cum emergentibus,& connexis ex eisdem & quolibet prędictorum erga me supradictum notarium intercedentes, & fideiubentes, & vt principales se obligantes renuntiantes iuri de principali & omni alij iuri, & legum auxilio, quæ omnia supra,& infrascripta dicti constituentes attendere,& obseruare promiserunt interueniente mei iam dicti subsi. notarij stipulatione, & in aliquo non contrafacere dicere opponere vel venire aliqua ratione vel causa,de iure vel de facto sub expressa obligatione omnium ipsorum constituentium, & cuiuslibet ipsorum bonorum præsentium,& futurorum vna cum debita,& integra restitutione omnium,& singulorum damnorum expensarum, & interesse litis,& extra.de quibus omnibus iussum fuit mihi notario infrascripto fieri vnũ publicum instrumentum dictamine sapientis, & ego Georgius Pellegrinus publicus Imperiali auctoritate notarius his omnibus,& singulis interfui vocatus & rogatus hanc cartam scripsi,& signum meum tabellionatus apposui in testimonium omnium præmissorum.

Tenor mandati seu sindicatus dictæ communitatis Pipperagni decima Iunij. 1442.

IN Nomine Domini Amen, Anno Domini Millesimo quatercentesimo quadragesimo secundo inditione quinta die decima mensis Iunij actum in loco Pipperagni videlicet in consiliaria dicti loci præsentibus Plinio gestia,& Steffanno Bechurto testibus ad hæc vocatis, & rogatis vniuersis præsentibus, & venturis fiat manifestum, quod connocato consilio generali consiliariorum loci Pipperagni in consiliaria prædicta vbi solent consilia, & actus similes celebrari sono campanæ, & voce præconia congregato coram egregio viro Domino Francisco Cerrati honorando Vicario dicti loci de mãdamento ipsius domini Vicarij:in quo quidem consilio aderãt homines infrascripti facientes consilium totum videlicet Georgius de Georgijs Chorardus Penelli Ioannes Racogna Gandulphus de Gandulphis Gulielmus Falchus Ioannes Pellecrinus Iacobinus Mostordi Henricus Metalia, Petrinus Pecolis Ioannes Iobergia Bertramus Iobergia Petrus Auena Antonius Marchus paserius cauigla Iacobus de Barracho Ludouicus Venellus Oddinus Viglionus Obertus Botacius, & Ioannes Columberius scilicet ipsi consiliarij de cõsensu auctoritate,& consilio dicti Domini vicarij,& ipse dominus Vicarius de consensu & voluntate dictorum consiliariorum omnes vnanimiter & concordes ipsi,& quilibet ipsorum eorumque proprijs Nominibus, & vice & nomine totius communitatis vniuersitatis,& capitum ac singularum personarum dicti loci Pipperagni,& cuiuslibet ipsarum ex eorum certa scientia omni melio

ri modo

soluant,vt de ipsis valeat de cętero præfato domino nostro legitimè computare iuxta formam,& tenorem prædictarum litterarum dominicalium,assignauerũtque dicti domini commissarij terminum dictis sindicis dictæ communitatis Cunei ibidem præsentibus,& intelligentibus in vlteriorem executionem dictarum litterarum ad tradendum exhibendum informationes quas tradere, & exhibere voluerint,de & super limitatione,& confinibus ipsius loci,& territorij brusaporcelli per totum mensem Septembris,proximè futurum,vt facilius adimplere valeant mandata dominicalia eis, vt præmittitur facta, acta fuerunt hæc in Domo prædicta Guliermi Barleterij superius cohęrentiata in dicto loco brusaporcelli,præsentibus testibus supra nominatis anno,& die præmissis, de quibus omnibus,& singulis iussum fuit mihi notario infrascripto fieri publicum instrumentum,& ego Iacobinus Dulcis de Cuneo publicus apostolica, & Imperiali auctoritatibus notarius Curiarumque Ducatus Sabaudiæ,iuratus præmissis omnibus sic, vt præmittitur actis præsens fui vocatus de ipsisque rogatus notam sumpsi,ex qua quidem nota præsens instrumẽtum extrahi,& leuari feci per aliũ fidelem notarium per me ad hoc assumptum vigore potestatis mihi super hoc attributę,verum,quia præcedenti debita collatione de præsenti instrumento cũ nota originali vtrumque concordare inueni, ideo hic me subscripsi, & signum meum tabellionatus,consuetum apposui in testimonium præmissorum.

Conuentio communitatis Cunei,cum communitate Ceruaschæ. 13. Martij, 1508.

IN Nomine Domini Amen, Anno eiusdem Domini Millesimo quingentesimo octauo inditione vndecima die lune tertiadecima mensis Martij, Actum Cunei in domo communis,præsentibus ibidem egregio Ludouico Rabacini Burgẽsi Cunei Antonio Varnerij,de Burgo,& egregio Bernardino Margaria habitatore Cunei testib. ad hęc vocatis specialiter & rogatis,vniuersis,& singulis,ꝑsentib.& futuris fiat manifestum,quod cum verteretur quæstio seu causa indecisa coram Magnifico consilio Taurini residente inter præclaram communitatem Cunei ex vna, & communitatẽ Ceruaschæ ex alia,eo prętextu quod dicta communitas Ceruaschæ se opponebat ordinationi latę in fauorẽ dictæ communitatis Cunei, & contra communitatem Ceruaschę, per quam ordinationem fuerat ordinatum trabuchari prędia sita infra limites mentionatas in transactione,in secunda, & vltima loco inita inter ipsas communitates, & requirebat ipsa communitas Ceruaschę dictã ordinationem reuocari,& latius prout ex actis ventilatis tam coram iudice ordinario Curię Cunei quam coram iudice appellationum citra padum, & dicto Magnifico Ducali consilio apparet ad quæ acta impræiudicialis habeatur relatio,multaq; hinc inde dicebantur,& opponebantur,& maxime quia ipsi de Ceruascha prætendunt adhuc posse facere eorum probationes iuxta mẽtem,& formam descriptam, & comprehensam in vltima transactione inter ipsas prędictas

ctas communitates inita tandem ipſe partes volentes deuenire ſuper præmiſſis pro litigio euitando ad appontuamentum, ecce quod conſtituti nobiles Blaxinus Corui, Iſobius Mura ſindici, ſpectabilis Dominus Leonardus Graſſi, nobilis Antonius de Buſcha, Petrus Taroni, Paulinus Verulphi, Antonius Sachi, Frā ciſcus alioni nominati electi nomineque, & vice eiuſdem communitatis Cunei ex vna parte, & Magnificus Dominus Ioannes Filippus Cambiani aduocatus fiſcalis Illuſtriſſimi Domini domini Ducis Sabaudiæ, &c. Ducis egregius Matheus Chiauelli, de Cabalario maiore, Ioannes boni ac Michael Barloti, ſindici Ceruaſchę, Antonius Armandi, Ioannes, Armandi, Bernardus Bramardi, Siſmō dus Comba, Paulus Serralis, & Bertramus Mandrilis electi, & nominati, nomineque, & vice communitatis Ceruaſchæ ac eorum proprijs nominibus ex altera partibus, deuenerunt ad infraſcriptum appontuamentum pactionem, & tranſactionem cauſa litis abreuiandæ, & primo quod inter ipſas partes, & communitates de cætero ſit bona pax, & tranquillus amor prout decet inter corpus, & membrum.

Item tranſe gerunt, & conuenerunt ipſe partes, quod ipſi de Ceruaſcha ſupra nominati nomine communitatis eiuſdem, & nomine proprio, & tam coniunctim quam diuiſim cauſam propriam quatenus expediat faciendo teneantur approbare ratificare, & amologare, trabucationem factam per Ioannem Bechi & Franciſcum alioni de anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinto, & de qua fuit facta per ipſos Ioannem, & Franciſcum relatio in rationaria communis Cunei die duodecima Iulij, de prædictis anno Milleſimo quingenteſimo quinto de prædijs, & poſſeſſionibus, deſcriptis, & compręhenſis in limitibus deſignatis, & deſcriptis in prædicta ſecunda tranſactione, & de quibus fit mentio in vltima tranſactione, quæ tra bucatio compræhendit giornatas mille quinque centum, & octuaginta tres infra prædictas limites de quibus in tranſactione, & prout iacet ipſa trabucatio ac de quibus in eiſdem trabucatione tranſactione vltima, quam trabucationem, vt ſupra deſignatam ipſi prēnominati de Ceruaſcha dixerunt, & acceptarunt pro bona, & vera, & illi ſtare promiſerunt ad formam tranſactionis vltimo loco factæ citra illius præiudicium, & ipſam trabucationem ad formam tranſactionis vltimæ, & infra limites ſecundū tranſactionem de quibus narrat vltima tranſactio, ex nunc prout ex tunc approbant, & amologant cum clauſulis de quibus ſupra, declarando tamen in eadem trabucatione non compræhendi prædia nobilium Ludouici, & Paulini de Verulphis, & Ioannis Conſtantij alioni, quia nō fuerunt ipſa prædia trabucata nec menſurata per prædictos Franciſcum alioni, & Ioannem Bechi.

Item quod ipſi de Ceruaſcha tam in particulari quam in communi poſſint, & valeant adhuc de nouo facere eorum probationes de omnibus, & quibuſcunq; prædijs, & poſſeſſionibus exiſtentibus infra dictas limites modis, & formis quibus in ipſa vltima tranſactione ſingula ſingulis referendo, infra, & hinc ad per totum menſem Maij proxime venturum modis, & formis de quibus in vltima tranſactione, & non aliter, & quod dicto tempore lapſo aliquas probationes facere non poſſint in præiudicium prædictæ tranſactionis, ſed ſit ipſis de Ceruaſcha dicto tempore lapſo in totum præcluſa via probandi, & ſimiliter ipſi de

Cuneo

Cuneo ſeu communitas Cunei poſſint, & poſſit infra tantumdem temporis eorum probationes, & contra probationes facere, elapſo dicto menſe Maij modis, & formis de quibus in vltima tranſactione ſingula, ſingulis referendo.

Item durante dicto tempore menſis Maij ſuperſederi debeat in cauſa motta per communitatem Cunei contra communitatem Ceruaſchę.

Item quod per præmiſſa, in alijs compræhenſis in prædicta vltima tranſactione derogatum non cenſeatur ſed firma maneat in omnibus alijs ſuis capitulis, & ipſi de Ceruaſcha, promiſerunt nomine proprio, & communitatis Ceruaſchę, & de ratificari per conſilium Ceruaſchæ infra quindecim dies proximè venturos, & interim quandocunque ſi eis videatur, & ipſi de Cuneo, ſupra electi nomine communitatis Cunei, promiſerunt præmiſſa omnia ratificari facere per conſilium communitatis Cunei in primo vel ſaltim ſecundo conſilio, & ipſas ratificationes mandari hinc inde, videlicet parte communitatis Cunei communitati Ceruaſchæ, & parte communitatis Ceruaſchæ communitati Cunei, in forma validius, & ſufficientius, quod quidem appuntuamentum, & tranſactionem prædictæ partes ſeu electi nominibus præmiſſis, vera eſſe dixerunt, & ea omnia, & ſingula rata, grata, valida, & firma habere tenere attendereque, & obſeruare ſolemniter promiſerunt, & tactis corporaliter ſcripturis in manibus mei notarij infraſcripti ſponte iurauerunt nunquam contrafacere dicere opponere vel venire per ſe vel alium ſeu alios, aliqua ratione vel cauſa colore vel ingenio de iure vel de facto etiamſi de iure poſſent ſub obligatione omnium, & ſingulorum bonorum præſentium, & futurorum prædictarum communitatum, & etiam bonorum ipſorum, vt ſupra nominatorum, & electorum parte communitatis Ceruaſchæ ſingula ſingulis referendo, refectioneque damnorum expēſarum, & intereſſe litis, & extra renuntiātes exceptioni, doli mali, vis metus in factum actioni cōdictioni indebiti ſine cauſa vel ex iniuſta cauſa capitulis, ferijs, inducijs, litteris, & ſaluis conductibus impetratis, & impetrandis, & demum omni alij iuris auxilio quo ſe ſe iuuare poſſent vel tueri. de quibus omnibus, & ſingulis iuſſum fuit mihi notario infraſcripto fieri cuilibet parti publicum inſtrumentum, vnius & eiuſdem tenoris ſapientis dictamine ſi fuerit opus.

IT Ego Ioannes Bruna Iofredi de Valgrana incola Cunei, publicus Imperiali auctoritate notarius ſupraſcriptum inſtrumentū rogatum per egregium Ioānem Becherij notarium publicum, & burgenſem Cunei qui ob infirmitatem, & debilitatem oculorum viſus, in publicā formam leuare nequiuit ideo vigore potestatis, & commiſſionis mihi factæ, & attributę, per excelentiam Ducalem in hanc publicam formam à protocollis eiuſdem Ioannis fideliter extraxi, & leuaui nil adito nec minuto quod variet ſubſtantiam facti, & facta debita collatione cum dicto protocollo vtrumque concordare inueni: ideo hic me ſubſcripſi cum appoſitione mei ſoliti ſigni tabellionatus in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum, & hoc ad opus prædictæ communitatis Cunei requirentis.

Tenor

Tenor conuentionis communitatis Cunei, cum communitate Ceruaſchæ, 20. Nouembris. 1508.

IN nomine Domini Amen, Anno eiuſdem domini Milleſimo quingenteſimo octauo, inditione vndecima, die lune vigeſima Nouembris, actum in Cuneo, in domo communis, præſentibus ibidem venerabili domino Claudio Volueria de Bainaſco, nobili Gaſpardo Cambiani ex dominis Ruffie, nobili Ludouico Rabacini, Merchurino Rebacini de Cuneo, Lazaro Reuelli de Buſcha, Petro Iardoni, & ſecundo buffa, de Caſtelletto, iuriſdictionis Cunei, & egregio Bernardino Margaria habitatore Cunei, teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter, & rogatis, vniuerſis, & ſingulis præſentibus, & futuris fiat manifeſtum, quod cum inter egregiam communitatem Cunei, & homines, eiuſdem ex vna & communitatem ac homines Ceruaſchę, ex altera partibus verteretur cauſa lis, differentia, & controuerſia prætextu contentorum in quadam tranſactione inita inter eaſdem communitates, & recepta per nobilem Ioannem Andream, & Raphaelem de Regibus aliàs de Rabacinis, ſub anno domini milleſimo quingenteſimo quarto die tertia menſis Ianuarij ad quam quatenus expediat condigna habeatur relatio, & de quibus in actis occaſione dictæ tranſactionis, & petitionis factæ parte dictę communitatis Cunei contra communitatem ipſam Ceruaſchæ ventilatis Tam in Curia Cunei, quam coram Magnifico Ducali conſilio Taurini reſidente: ad quæ acta etiam inpræiudicialis habeatur relatio volentes ſupra, & infraſcriptæ partes nomine ipſarum communitatum dictis cauſæ liti, & controuerſiæ finem imponere, deuenerunt ad infraſcripta pacta, & infraſcriptam conuentionem pactionem, & tranſactionem prout infrà ſequitur, & hoc tractatu. S. D. Girardini Ferrerij Vicarij Cunei deuenerunt communitates ipſe ad tranſactionem, & pacta infraſcriptam, & infraſcripta videlicet pro parte communitatis Cunei electi, & deputati fuerunt, S. D. Leonardus Graſſi, nobiles Georginus de Montemalo, Franciſcus de Vgatijs, ſindici communitatis Cunei, Ioannes Antonius de Montemallo, Petrus Taroni, Franciſcus Ferrerij, & Antonius Sachi, electi, & deputati per conſilium communis Cunei conſtante reformatione in libro communitatis Cunei, ex vna parte & M. D. Ioannes Filippus Cambiani ex dominis Ruffię aduocatus fiſcalis Sabaudiæ, & S. D. Thomas de Becherijs N. Marenchinus Garroni, V. D. Henricus Paiani Bertraminus Mandulis, Ioannes Armandi, Ioannes Baptiſta Teſta, & Bernardus Bramandi electi, & deputati parte communitatis Ceruaſchę conſtante inſtrumento ipſius electionis, & nominationis ſumpto, & fieri rogato per egregium Antonium Armandi ſub anno preſenti, & die tertia menſis Octobris, & ipſi omnes ſu praſcripti electi nominibus quibus ſupra videlicet, electi parte communitatis Cunei nomine, & vice ipſius communitatis Cunei, & electi parte communitatis Ceruaſchæ nomine, & vice eiuſdem communitatis Ceruaſchę deuenerunt ad tranſactionem infraſcriptam.

Et primo tranſegerunt, & conuenerunt ipſe partes nominibus quibus ſupra quod

quod de cætero, inter ipſas partes ſit, & eſſe debeat bona pax, & tranquilis amor prout eſſe debet, & conuenit inter caput, & membrum.

Item tranſegerunt, & conuenerunt ipſe partes, quod ipſa communitas, & homines Ceruaſchæ dare, & ſoluere teneantur, & debeāt communitati Cunei, ſiue pro eadem agentibus modis, formis, conditionibus, & terminis infraſcriptis, & de quibus infra videlicet florenos mille quatuor centum parui ponderis monetæ Sabaudiæ, ſemel tantum, videlicet florenos quinque centum, monetæ prædictæ, infra feſtum Sancti Andreæ proximè venturum, & florenos tricentum conuertendos ad ſolutionem fiendam parte dictæ communitatis Cunei, pro recatando certa prædia vendita ſub regreſſu, nobili Bernardino Rabij, vt conſtat inſtrumentum receptum per nobilem Ludouicum Rebacini à feſto natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti in vnum annum.

Item florenos ducentum, & ſex cum dimidio infra totum menſem Iulij proximè venturum conuertendos ad redemptionem prædiorum etiam ſub regreſſu, venditorum nobili Viannio de Vitalis, reſiduum vero infra duos annos proxime venturos in Cuneo, in denarijs numeratis tantum, & non aliter, ita & taliter, quod caſu quo in terminis ſupraſcriptis non ſoluerint prædictas quantitates ipſis quibus aſſignabuntur ipſe pecuniæ, vel communitati Cunei ſeu agentibus pro ea, quod teneantur ipſi de Ceruaſcha nomine præmiſſo ad omnia damna expenſas, & intereſſe ſupportanda per ipſam communitatem Cunei, & maximè ratione prædictorum prædiorum ſub regreſſu venditorum non redemptorum, & ſoluendo in terminis prædictis non incurrant ipſi de Ceruaſcha ad aliquam pœnam nec intereſſe, & vltra præmiſſa quod dicti homines, & communitas Ceruaſchę dare tradere, & expedire promiſerunt ſingulo anno, & in quolibet feſto Sancti Bartholomęi de cætero, & imperpetuum pro fictu, & penſione de quibus fit mentio in ipſa tranſactione vltima, videlicet ſexraria, ſeptuaginta octo grani ſigillinis ſufficientis omnibus incluſis ad iuſtam menſuram Cunei, & in manibus Maſſarij communis Cunei, ſiue deputandi per ipſam communitatē Cunei ad locum Cunei ſumptibus cōmunitatis Ceruaſchę, & quod ad plus pro fictu, & penſione prædictis compelli non poſſint dicti homines Ceruaſchæ niſi ad prædictum fictum dicti grani, & ſummam pecuniarum modo, de quo ſupra.

Item conuenerunt, & tranſegerunt prædictæ partes, quod prędmiſſis mediantibus, & ſemper ſaluis, & reſeruatis quod dicta communitas Cunei, & electi parte, & nomine communitatis Cunei, remittere, & relaxare teneantur eiſdem cōmunitati, & hominibus Ceruaſchæ, & de præſenti remittunt, & relaxant ipſis electis nomine, & vice dictæ communitatis Ceruaſchæ omnia prædia exiſtentia infra dictos limites compræhenſos in prædicta vltima tranſactione, & omnia iura, & actiones ſaluo iure dictæ communitati Cunei directi dominij, & fictu de quo ſupra quæ tenent, & poſſident ipſi homines, vel ibidem habitātes de Ceruaſcha, exceptis prædijs pro quibus de præſenti, & à die vltimę tranſactionis citra fuit legitimè ſolutus fictus terragiorum dictæ communitati Cunei ſiue ementibus terragia dictæ communitatis Cunei.

Item tranſegerunt, & conuenerunt prædictæ partes nominibus præmiſſis mediantibus, & ſemper ſaluis, quod de cætero communitas Cunei non poſſit nec valeat

valeat aliquos fictus nec aliquam penſionem ratione contentorum in prædicta vltima tranſactione nec etiam pro pretio prædictorum prædiorum ad rationem florenorum ſeptem de qua fit mentio in iam dicta tranſactione aliquid petere ab eadem communitate Ceruaſchæ, ſed quod ipſa communitas Ceruaſchę mediantibus ſupraſcriptis ſit quitta, & abſoluta a præmiſſis, acceptantes ipſi de Cuneo omnes eorundem de Ceruaſcha probationes factas de & ſuper præmiſſis, & infra ipſos limites de quibus vltima tranſactione pro bonis ipſas probationes.

Item tranſegerunt, & conuenerunt, vt ſupra quod poſſidentes vel qui in futurum poſſidebunt prædia intra, in dictis limitibus de quib. fit mentio in prædicta vltima tranſactione, exceptis hominibus Cunei, & ibidem habitantibus, & qui in futurum habitabunt regiſtrare teneantur in regiſtro cõmunitatis Ceruaſchæ ipſa prædia, & ibidem reſpondere pro rata.

Item conuenerunt, & tranſegerunt, vt ſupra quod in cæteris capitulis non ſuperius ſpecificatis, & alijs contentis in ipſa vltima tranſactione vltimo loco inita inter dictas communitates Cunei, & Ceruaſchæ ipſa vltima tranſactio firma maneat nec illi ſaluis ſupra ſcriptis in aliquo per hanc tranſactionem derogatum cenſeatur.

Item tranſegerunt vt ſupra, quod per præmiſſa non intelligatur in aliquo derogatum Camparię ipſorum de Ceruaſcha in quãtum ſe extendit dicta camparia, quinimo ipſi de Ceruaſcha poſſint cogere quoſcunque habentes prædia in ipſa camparia ad regiſtrandum exceptis hominibus Cunei, vel habitantibus vel qui in futurum habitabunt.

Item tranſegerunt, vt ſupra quod præmiſſis mediantibus, & ſaluis ſemper renuntiatum ſit, & intelligatur liti cauſæ, & controuerſiæ vertenti coram prædicto Magnifico conſilio Taurini reſidente inter ipſas partes nominibus præmiſſis, & quod quęlibet pars intelligatur abſoluta ab expenſis hinc inde factis.

Item tranſegerunt, & conuenerunt, vt ſupra quod prędicti electi de Cuneo, nomine & vicę communitatis Cunei, ratificari faciant ſupraſcripta contenta in preſenti tranſactione, & infraſcripta per conſilium generale Cunei infra, & per totum menſem Decembris proximè venturum ſub obligatione bonorum dictæ communitatis, preſentium, & futurorum, & ſimiliter ipſi electi nomine communitatis Ceruaſchę ratificari facere promiſerunt ſupraſcripta, & infraſcripta per conſilium generale Ceruaſchę, infra & per totum menſem Decembris proximè venturum ſub obligatione omnium bonorum dictę communitatis Ceruaſchę preſentium, & futurorum, item quod pro labore iamdiu ſupportato per infraſcriptos electos ſaluis tamen Iornalibus ipſorum electorum, quę in hoc non includuntur ſoluere teneantur pro ſportulis prout infra.

Item tranſegerunt, & conuenerunt ipſe partes, vt ſupra quod ipſi de Ceruaſcha teneantur, & ita promiſerunt exburſare ſportulas taxandas per electos, & communitatem Cunei, in deductionem prędictę ſummę florenorum mille quatuorcentum ſic, vt ſupra per eos debitę, & habita quittatione ab ipſa communitate ab electis infra octo dies, poſt ratificationem factam preſentis tranſactionis per communitatem Cunei, in forma ſufficienti, & valida, & primo Magnifico domino

domino Ioãni Philippo ex dominis Ruffiæ aduocato fiſcali, pro ſportulis ſcuta decem ſoluenda per ipſos de Ceruaſcha in deductionem ſummæ prædictæ per eoſdem debitę communitati Cunei S. Domino Girardino Ferrerij Vicario Cuneo ſcutta octo per ambas partes ſoluenda ipſi de Ceruaſcha partem pertinentem communitati Cunei ſuper ipſa ſumma, & in deductionem. S. domino Leonardo graſſi ſcuta quatuor per cõmunitatem Cunei ſoluenda per ipſos de Ceruaſcha in deductionem ſummæ prædicti debiti, N. Georgino de Montemalo cumſindico ſcuta duo ſoluenda, vt ſupra, Franciſco de Vgatijs cumſindico ſcuta duo, vt ſupra, N. Ioanni Antonio de Montemalo ſcuta tria vt ſupra ſoluenda, Petro Taroni ſcuta tria, vt ſupra Antonio Miglia ſcuta tria vt ſupra, Franciſco Ferrerij ſcuta tria, vt ſupra, Antonio Sachi ſcuta tria, vt ſupra, quæ quidem ſportulæ, ſolui debeant prædictis per prædictos de Ceruaſcha, & acceptentur in deductionem debiti prædicti, & modo prædicto: ſportulæ vero electorum parte communitatis Ceruaſchæ remittuntur taxationi Magnifici domini Ioãnis Philippi Ruffiæ aduocati prædicti, & Dom. Thomæ Bequerij, & N. Marenchini Garroni, parte communitatis ipſius communitatis nominatorum, qui habeant ipſas ſportulas tam coniunctim quam diuiſim taxare ad arbitrium ipſorum attẽto labore, per quemlibet ipſorũ ſuportato videlicet per prædictum M. D. Aduocatum, & dominum Thomam ac N. Marenchinum. quas quidem ſportulas ſic, vt ſupra parte communitatis Cunei, & electorum taxatas quam etiam taxandas parte electorum communitatis Ceruaſchæ voluerunt partes ipſe ſub obligatione bonorum dictarum communitatum, ſolui debere per quamlibet communitatem ſingula ſingulis referendo, quæ omnia, & ſingula præmiſſa prædicti electi parte communitatis Cunei, ex vna, & prædicti electi parte communitatis Ceruaſchæ, ex altera per ſe ſe, & dictarum communitatum, hæredes vera eſſe dixerunt, & ea omnia, & ſingula rata, grata, valida, & firma habere, & tenere attendereque, & obſeruare ſolemniter promiſerunt, & tactis corporaliter ſcripturis in manibus mei infraſcripti notarij ad Sancta Dei Euangelia iurarunt ipſi electi nominibus præmiſſis nunquam contrafacere dicere opponere, vel venire aliqua ratione vel cauſa colore vel ingenio, de iure vel de facto etiã ſi de iure poſſent ſub cuiuſlibet ipſarum communitatum obligatione bonorum, præſentium, & futurorum, & ipſorum electorum communitatis Ceruaſchæ refectioneque omnium damnorum expenſarum, & intereſſe litis, & extra, renuntiantes ipſi electi nominibus præmiſſis exceptioni doli mali vis metus, in factũ actioni condictioni indebiti ſine cauſa vel ex iniuſta cauſa aliterque vel plus aut minus fuiſſe dictum quam ſcriptum, & econuerſo, & demum omni alij iuris, & legum auxilio, quo ſe ſe iuuare poſſent vel tueri de quibus omnibus, & ſingulis iuſſum fuit mihi notario infraſcripto fieri publicum inſtrumentum videlicet cuilibet parti vnum eiuſdem ſubſtantiæ, & tenoris ſapientis dictamine ſi fuerit opus.

ET Ego Ioannes Vinea condam Dalmaci de Cuneo publicus apoſtolica auctoritate notarius ſupraſcriptum inſtrumentum tranſactionis ſumptum, & receptum per condam egregium Ioannem Becherij notarium de Cuneo, qui morte præuentus in publicam leuare non potuit vigore licentiæ Ducalis mihi

ſuper hoc conceſſæ dè protocollis ipſius condam Ioannis Leuari, & ſcribi feci per alium fidelem notarium, & quia facta debita collatione cum originali protocollo vtrumque concordare inueni,& ideo hic me ſubſcripſi cum appoſitione mei ſoliti ſigni tabellionatus in fidem omnium præmiſſorum.

Confirmatione dil contrato di fidelтà, 8. Febraro 1398.

IOs Amedeus Comes Sabaudiæ, Dux Chablaſij, & Auguſtæ in Italia Marchio,&c. Notum facimus tenore preſentium vniuerſis,quod nos viſis inſtrumento publico libertatis immunitatis, & capitula dilectorum fidelium noſtrorum hominum,& vniuerſitatis villæ noſtræ Cunei continente ac litteris eorum confirmationis felicis memoriæ Illuſtris progenitoris noſtri Cariſſimi domini Comitis Sabaudiæ condam, preſentibus annexis ad ſupplicationem humilem ſuper hoc nobis factam pro parte eorundem ſindicorum, & vniuerſitatis Cunei,dictum libertatum,& Capitulorum inſtrumentum,& omnia,& ſingula in eo compræhenſa deſcripta,& narrata,memoratis de Cuneo, & eorum poſteritati per præſentes laudamus ratificamus approbamus,& confirmamus omnino iuxta dictorum annexorum veram ſubſtantiam atque formam promittentesque bona fide dictam laudationem, gratam habere,& contra eam non facere vel venire beneficio minoris ætatis, & omni alij iuri quo cõtra hæc fieri poſſet,renuntiantes ſpecialiter,& expreſſè, mandantesque Vicario Cunei, & cæteris officiarijs noſtris præſentibus,& futuris quibus ſpectat, & præſentes peruenerint,quatenus noſtras præſentes, & annexas literas atque inſtrumentum dictis de Cuneo,& ſuis inuiolabiliter teneant attendant,& obſeruent,& in nullo contrafaciant quomodolibet vel opponant. Datum Burgi die octaua Februarij, anno domini milleſimo triceſimo nonageſimo octauo per dominum præſentibus Dominis Odono de Villarijs gubernatore de Turre de Valluſſino, Ioanne de conſteris Canzellario Petro de Murris Ioanne de Vernetto Mareſcallo Petro Brula,Iacobo Roſtionis,A. Gerbaxij P. Sabaudiæ,Reg. Leport,Bombet.

Confirmatione della fidelтà fatta dell'anno 1382.

10. Aprilis.

NOs Amædeus Comes Sabaudiæ,Dux Chablaſij,& Auguſtæ in Italia Marchio,Princeps,notum facimus tenore præſentium Vniuerſis, quod nos viſo inſtrumento publico pactionum, & conuentionum dudum factarum, & initarum per bonæ memorię Illuſtrem Principem dominum Amædeum comitem Sabaudiæ, dominum & genitorem noſtrum Cariſſimum cum dilectis fidelibus noſtris hominib. vniuerſitate,& communi loci noſtri Cunei his annexo,ad ſupplicationem pro parte dictorum hominum vniuerſitatis,& communis humilem ſuper hoc nobis factam,

ctam,ipſa pacta,& conuentiones prout, & quemadmodum factæ, & initæ fuerunt cum dicto domino,& genitore noſtro Cariſſimo pro nobis, & noſtris dictis hominibus vniuerſitati,& communi per præſentes laudamus approbamus & ratificamus,& confirmamus omnino ipſas volentes, perpetuo efficaciter valituras iuxta,& ſecundum pactionum,& conuentionum earundem veram continentiam,& effectum, ipſaſque & ipſa ratas,& rata,gratas,& grata,firmas,& firma bona fide noſtra, per iuramentum noſtrum propter hoc præſtitum,& ſub noſtrorum obligatione bonorum,habere,& tenere perpetuo, promittimus etiam non cõtrafacere vel venire omni iuri actioni condictioni beneficio, priuilegio, & ſtatuto quo & quibus, contrafacere vel venire poſſemus tenore præſentium renuntiantes expreſſe, Vicario,& alijs officiarijs noſtris dicti loci, præſentibus, & futuris eorumque locatenentib. mandantes,quatenus prædicta, & ſingula dictis hominibus vniuerſitati,& communi Cunei, ſeruent, & attẽdant ſeruarique & attendi ab omnibus faciant,inuiolabiliter cum effectu nihil patiendo in contrarium attentari. Datum Chamberiaci die decima octaua Iunij Anno domini Milleſimo triceſimo octuageſimo tertio,per dominum preſentibus dominis A. de Sabaudia, Principe Achayæ Loy. de Chialant Canzellario Sabaudiæ, & Ste. de Balma, Reg. Leport.

Priuilegio della prima, & ſeconda cognitione conceſſo alla communità di Cuneo, 28. Septembre 1463.

IN Nomine Domini Amen. Quia exigentibus frequentib. neceſſitatum articulis prouidentia vtriuſque iuris deliberatione,ac diſpoſitione cauetur,vt exemplum ſumptum, & extractum ab originalibus,& auctenticis inſtrumentis, priuilegijs, ac ſcripturis fide dignorum aſſertionibus approbatum, & auctenticorum ſigillorum munimine roboratum fidem faciat in agendis,eapropter præſens ætas, & ſucceſſiua poſteritas per huiuſmodi tranſumptum ſiue publicum inſtrumentum apertius,& liquidè cognoſcat,& vniuerſis ſit manifeſtum, quod nos Innocentius de Boleris ex Dominis Salmatoris Vicarius Cunei, & eiuſdem mandamenti vna cum tabellionibus publicis infraſcriptis vidimus,tenuimus palpauimus legimus, & diligenter inſpeximus, & de verbo ad verbum perlegi fecimus litteras publicas pactionum, & conuentionũ factarum,& conceſſarum per Illuſtriſſimum Dominum Dominum Ludouicum Sabaudiæ,&c. Ducem hominibus vniuerſitati ac communi loci prædicti Cunei vna cum litteris confirmationum, & ratificationum dictarum conuentionum inferius deſcriptas non viciatas,non canzellatas nec in aliqua earum parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio,& ſuſpicione carentes,nobis præſentatas per Nobiles Marenchinum Garroni, & Ludouicum Virulphi ſindicos communitatis, & hominum dicti loci Cunei,requirentes ipſas litteras exemplari auctenticari, & tranſcribi in forma debita,vt in futurum fidem faciat in agendis ne ipſas tranſferendo ſub vellamine obliuionis inuolutionis ſeu contractionis,quod accidere ſolet

solet amitterentur, quarum litterarum tenores inferius de verbo ad verbum describuntur. Ludouicus Dux Sabaudiæ, Chablaysij, & Augustæ, Sacri Romani Imperij Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, & Pedemontiū, Princeps Gebennen. & Vaugiaci Comes Baroque Vuaudi, & Faucigniaci, Niciæque Vercellarum, & Friburgi Dominus vniuersis serie præsentium facimus manifestum quod cū pridem alijs patentibus litteris nostris detraxerimus, & separauerimus à loco iurisdictioneque districtu, Vicariatu, & resorto nostris Cunei, videlicet loca Burgi Sācti Dalmacij, Andoni Vaudieri, Intraquarum Roaschæ Rochę, Guidonis, & Robulanti Valliumque Gecij, & Verminagnę cum suis iurisdictione, & pertinentijs vniuersis, & deinde illa infeudauerimus dederimusque traddiderimus, cesserimus ac remisserimus Illustri filio nostro Carissimo Iano de Sabaudia, comiti Gebennensi pro se hæredibusque, & successoribus suis quibuscunque, & hoc sub reseruationibus, modis conditionibus, & formis in eisdem infeudationis litteris, comprehensis; successiuè autem dilecti fideles nostri homines, & communitas dicti loci Cunei, huc ad nos dilectos fideles nostros Ludouicum Maloperam, & Ruffinum de Murris suos oratores, & procuratores miserint cum Franchisijs, priuilegijs, capitulis, libertatibus pactis, & conuentionibus ipsis hominibus, & communitati per Illustres prædecessores nostros datis factis, & concessis, vna cum sententijs de dictis locis obtentis, & ipsarum exequutione cum fidelitatibus hominum dictorum locorum præstitis, & alijs plerisque iuribus ad materiam facien. tandem per nunquam delendę memoriæ Illustrissimum Dominum, & genitorem meum metuendissimum, & nos confirmatis, quibus inter cætera speciali, & expresso pacto caueri prætendebāt nobis aut nostris vllo vnquam tempore nō licere nec posse seu debere, aliquas ex villis dictis loco iurisdictioni districtui, & resorto Cunei submissas, & incorporatas, cuiusmodi sunt Villæ, & Valles prædictæ quibusuis iure modo ratione siue causa ab eisdem loco districtu, & iurisdictione ac resorto remouere, separare, vel detrahere vel in alium quouis titulo alienare, præterquam in filios, & hæredes nostros, & nostrorum in Ducatu successores, & eam ob causam dicerent, & proponerent ipsi oratores, & procuratores, nos ad separationē donationemq; traditionem concessionem, trāslationem, & infeudationem præfato filio nostro de dictis locis Burgi Sācti Dalmacij, & alijs prædictis Valliumq; Gecij, & Vermenagnæ per nos, vt præmittitur factas, minimè procedere debuisse seu potuisse, supplicando propterea cum ex nostra solita clementia subditos nostros non proprietatibus facultatibus, & commodis destruere, sed omnibus fauoribus, & præsidijs congruis amplecti, & refouere semper assueuerimus, vt in dictarum suarum Franchisiarum, & conuentionum, pactorum sententiarum fidelitatum, & iurium obseruationem huiusmodi separationem donationemque traditionē concessionem, remissionem, translationem infeudationem, & contractum per nos sic vt præfertur eidem filio nostro factas, & factum, & omnes fidelitates per dictos homines Burgi, Villarum, & Vallium Gecij, & Vermenagnæ, prædictarum, eidem filio nostro præstitas ac quęcunque alia in præiudicium, & cōtra formam illarum suarum libertatum, & conuentionum sententiarum, & iurium quomodocunque facta, & attentata reuocare, cassareque, & annullare, necnō

dicta

dicta loca Burgi Sancti Dalmacij, & alia prædicta vallium, & Gecij, & Vermenagnæ sub eisdem loco iurisdictione, & Vicariatu, districtuque, & resorto statutis, capitulis factis, & fiendis consuetudinibus caualcatis contributionibus, & totali vnione prædicti loci Cunei, ac in esse vsu, & statu quibus ante dictas separationem, infeudationem, donationemque ac alienationem, adderant redducere & reunire ac denuo quatenus opus sit vnire, & aliàs multifarijs quærellis ipsarū prouidere dignaremur, igitur ad supplicationem prædictorum ipsorum oratorum, & procuratorem āc ad intemeratam dictorum hominum, & communitatis Cunei erga nos fidelitatis constantiam attendentes visis per nos, & per nostrum nobiscum residens consilium solerti cum indagine visitatis conuentionibus pactis priuilegijs Franchisijs ac statutis Cunei, ipsisque sæpe, & sæpius recensitis maturaque super his tam nostri quàm dicti nobiscum residen. consilij deliberatione præhabita alijsque bonis, & laudabilibus moti rationibus, & considerationibus, & respectibus, ex certa nostra scientia ac per nos hæredesque, & successores nostros quosque de voluntate etiam, & expresso consensu prælibati filij nostri Carissimi Iani præsentis, & cum matura deliberatione infrascripta medio etiam suo iuramento sic fieri consentientis nostra tamen etiam auctoritate, & licentia ad hoc sibi data, & concessa præceden. omnem separationem traditionem donationem concessionem, translationem infeudationem, & contractū nos, vt præfertur, & aliter qualitercunque, & quomodocunque eidem Illustri filio nostro factas, & factum de dictis locis Burgi Sancti Dalmacij Andoni Vaudieri Intraquarum Roaschæ Rochę Guidonis Robulanti ac alijs Vallium Gecij, & Vermenagnæ ipsorumque iurisdictione, finibus, territorijs iuribus possessione & quasi ac alijs quomodolibet ac fidelitates prædictas eidem Illustri filio nostro præstitas per homines dictorum locorum, & vallium omniaque alia quouismodo in præiudicium ipsorum de Cuneo iurisdictionisque ipsius loci, & tam p̄fato filio nostro quàm omnibus supra nominatis personis Burgi Sācti Damacij & aliorum supra nominatorum Valliumque Gecij, & Verminagnæ prædictorū seu alteri ipsarum, vel aliàs seu aliter quomodolibet factas, & facta seu concessas, & concessa harum serie, reuocamus, cassamus irritamus, & annullamus, proq; reuocatis, cassatis, nullis, & irritis esse declaramus, & teneri perpetuo pariter, & haberi volumus decernimus, & solemniter pacisimur, necnon loca prædicta Burgi Sācti Dalmacij, & alia superius nominata Valliumque Gecij, & Vermegnanæ cum suis iurisdictione finibus, territorijs, & suis pertinentijs vniuersis ad ipsum locum nostrum Cunei eiusque districtum, & mandamentum restituimus reintegramus reunimus, & quatenus expedit de nouo vnimus esseque decernimus irreuocabiliter aquæ irretractabiliter perpetuo penitusque, & omnino, & ita vt cum & ipso loco Cunei contribuant respondeant, & alia faciant, & facere debeant velut membra capiti correspondent, in omnibusque, & per omnia prout aderant, & facere debebant ac solebant ante dictam separationē infeudationē donationem, & remissionem de eis per nos memorato Illustri filio nostro Iano, vt supra factas, & ita qd Vicarij, & iudices dicti loci Cunei qui secūdum formam dictarum conuentionum, & statutorum Cunei pro tempore fuerint eorumque locatenentes, & officiarij de cætero quandocunque possint, & valeant

in ipso

in ipso loco Cunei,& districtu,& sic in dictis locis Burgi Sãcti Dalmãcij,& alijs superius nominatis ac debeant omnimodam iurisdictionem merumq; mixtum Imperium exercere,& habere ac exequtioni mandare in loco Cunei,velut in capite iurisdictionis eiusdem territorij,& p suos officiarios seu secundum formam statutorum,& consuetudinum Cunei,deputandos in villis prædictis seu altera ipsarum nec possit quispiam alius officiarius noster siue commissarius generalis vel etiam specialis aut in quocũque casu ciuili seu criminali quomodolibet per nos seu nostros aut aliquod ex consilijs vel officiarijs nostris quibuscunque deputandũ iurisdictionem aliquã seu Imperium in loco nec distrctu Cunei exercere,& si per quemuis commissarium vel consilium, aut aliam quamuis personam quantacunque fulgeat dignitate, vel auctoritate, seu præeminentia aliquid in contrarium attempatum fuerit omnia,& singula per tales commissarios & personas facta seu attemptata fienda seu attemptanda sint ipso iure nulla,& inualida,nec teneantur homines Cunei,& distrctus nec officiales ipsius loci seu alius quisuis eisdem talibus commissarijs, & personis obedire seu parere velut personis priuatis,& carentibus iurisdictione,sed contra tales personas possit per Vicarium Cunei procedi ad pœnas iuris contentas in litteris alias per nos eidõ communitati super hoc concessis,quinimo totalis iurisdictio ac merum,& mixtum Imperium totius territorij,& mandamenti prędicti sic vniti, vt supra,& tã in locis ipsis Cunei Burgi Sãcti Dalmacii aliisque nominatis valliumque Gecij Vermenagnæ,necnon aliis quibuscunque villis,& locis totius distrctus Cunei prædicti ipsorumque locorum,& cuiuslibet ipsorum personis,& rebus tam in criminalibus causis cuiuscunque gradus,& criminis sint,quam etiam in omnib. ciuilibus exerceatur terminetur,& executioni mandetur in Cuneõ tantum per Vicarium,& iudicem Cunei,eorumq; officiarios,& secundum formam capitulorum factorum,& fiendorum pactorumque,& conuentionum bonarumq; consuetudinum ipsius loci,& etiam si videretur expediens,& necessarium aut per consilium dictæ communitatis Cunei ordinaretur exerceri & mãdari possit exequtioni in eius distrctu,& quolibet loco distrctus ipsius,& mandamenti eiusdem,& hoc pro prima instantia: In secunda autem instantia scilicet appellationis vbi appellari contingat,& possit,fiat,procedatur,& obseruetur prout hactenus fieri,& obseruari consueuit,seruatis tamen conuentionibus,statutis,& consuetudinibus prædictis nisi tamen dum, & quando, nos aut Illustres successores nostros Duces Sabaudiæ,nostrosque Marescallos in concernentibus eorum Marescalorum officia dumtaxat in eisdem loco,& distrctu Cunei adesse contigerit personaliter. Quo casu iurisdictionem huiusmodi illiusque exercitium ad nos,& ipsos successores nostros Duces,totaliter reseruamus,& reseruatam esse volumus, & declaramus harum per seriem forma tamen dictarum Franchisiarum,& capitulorũ ac cõsuetudinum seruata,& insuper cupientes ipsos homines,& communitatem Cunei fideles nostros gratia vberiori pertractare, eis eorumque posteritatibus quibusque ex dicta certa scientia nostra ac pro nobis,& nostris prædictis successoribus quibuscunque etiam per pactum expressum solemni stipulatione vallatum stipulante notario,& secretario vt supra subsignato,laudamus,ratificamus,amologamus,approbamus,& ipsas perpetuo obseruãdas

das,& manutenendas esse pœnitus integraliter,& illæsas decernimus, & promittimus quascunque libertates,Franchisias conuentiones,capitula, pacta statuta,& iura ac bonas consuetudines concessas,& facta obseruatas ipsis de Cuneo, vt supra per ante latos Illustres prædecessores nostros, etiam & nos vsque in diem præsentem largitas,& concessas ac largita,& concessa, eisq; & suis posteritatibus iam dictis de nouo in vim specialis,& ppetui pacti damus cõcedimus quòd à modo vllo vnquam tempore,quauis occasione, ratione siue causa ciuili criminali vel mixta,pro dictis prima & secunda cognitionibus ac instantijs, vt aliqua persona supra cuiuscunque status,& conditionis fuerit nisi tamen fuerit alibi submissa ex contractu spontaneo facto aut si delictum commisserit extra Cuneum,& eius iurisdictionem ab ipsis loco & distrctu Cunei pro reddenda aut de ea ministranda instantia extrahi vel extra ipsos locum & distrctum citari,conueniri possit valeat seu debeat, promittentes hoc ideo nos Dux præfatus bona fide nostra,& in verbo Principis solemniter ac pro nobis,& nostris prædictis ptædicta,& infrascripta omnia,& singula prout superius reuocata,restituta, reintegrata ac data,& concessa sunt,ac omnia,& singula infrascripta rata,grata, valida, & firma perpetùis temporibus habere illaque memoratis hominibus, & communitati Cunei ac suis posteritatibus prætactis,stipulante notario,& secretario subsignato pro eisdem efficaciter,& effectualiter obseruare,& p quoscunque etiam obseruari facere,nec deinceps vllo vnquam tempore quouis cõtractu inter viuos nec etiam ex testamento seu alio quouis contractu vel dispositione causa mortis tacitè aut expressè alienare detrahere, cedere separare vel transferre,seu alienare,detrahi,cedi,aut transferri temptare procurare,facereque vel pati per quemque dictum locum nostrum Cunei ipsiusue communitatem pertinentias,& distrctum vel aliquam partem eius nisi fortè Illustri filio nostro Carissimo Principi Pedemontium futuro,& immediatè in Ducato nostro Sabaudiæ,successori,volentes vlterius in vim legis & veri contractus iurati etiam pacti perpetui decernentes, qđ post nos & abinde inantea perpetuo dictus locus Cunei, & ipsa communitas ac suæ posteritates prædictę cum dictis villis Burgi Sancti Dalmacij Andoni Vaudieri Intraquarũ Roaschæ Robilanti Rochæ Guidonis,& alijs suis quibuscunque sint remaneant,& esse debeant in viribus terminis,& esse conuentionum antiquarum prædictarum, & si quæ per nos aut dictos Illustres successores nostros in aliquo contrafeciſſe,& contrafacere fortè contingeret,illud ex nunc ex mera dicta nostra scientia reuocamus, Proque reuocato, nullo, & non facto ac nullius valoris efficaciæ, vel momenti esse, teneriq́ue pariter,& haberi iubemus per præsentes etiam sub,& cum omni alia iuris solemnitate, quam & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter,& cautela, Non intendentes per prædicta, vel infrascripta,aut ipsorum aliqua alijs iuribus nostris in aliquo derogare vel aliàs præiudicium ipsis generare quomodolibet vel inferri,& sic egimus in dictarũ conuentionum sententiarum obseruatione & consideratione præmissorum, ac liberaliter,& de gratia speciali; Deque voluntate & consensu expresso prælibati Illust. Iani filij nostri,quam pro & mediantibus duobus millibus scutis auri Sabaudiæ per nos a dictis hominibus,& communitate Cunei propterea realiter

liter habitis manibus dilecti fidelis Consiliarij nostriq́ue Thesaurarij Sabaudiæ generalis Iohannis Maleti, qui de illis tenebitur computare, Mandantes hoc ideo gubernatori, ac consilijs nobiscum & vltra montes residentib. capitaneis, & locumtenentib.& vicario nostris generalibus vltra montes, Necnon vicario, iudici,& clauario dicti loci Cunei,Piperagni,Bouixij,& Buschæ, ac cæteris vniuersis,& singulis officiarijs nostris modernis,& posteris ad quos spectat ipsorūq́; locatenen. & cuilibet eroundem sub pœna nostræ indignationis,& vlterius centum marcharum argenti per quemlibet dictorum officiariorum ipsis consilijs inferiorem,qui non paruerint comittenda, & nobis irremissibiliter applicāda quatenus huiusmodi reuocationem, restitutionisq́ue, & contractus concessionis,& largitionis litteras nostras memoratis hominibus de Cuneo, & suis posteritatibus iamdictis perpetuo teneant, attendant, obseruent, ac attendi teneri, & obseruari per quoscunque faciant illæsos nec in aliquo contraueniant, contrafaciant,deficiant vel opponant. Et insuper vniuersis,& singulis sindicis & singularibus personis hominibus, & officiariis locorum prædictorum Burgi Sancti Dalmacii Andoni, Vauderi Intraquarum Roaschæ Robulanti,& Rochæ Guidonis Valliumque Gecii, & Verminagnæ sub cumsimili pœna puniantur, & vlterius Sachomani personarum,& omnium bonorum suorum,q́ vi sis præsentibus de cætero ac semper,& perpetuis temporibus Vicario, & Iudici officiariis,& familiæ Cunei præsentibus,& futuris eorumque locatenen. & officiariis etiam per dictam communitatem Cunei deputādis, & non alteri cuiquā pareant obediant respondeant assistant, & intendant cum & sine pœnis pariter, ac cum ipsa communitate Cunei contribuant fodrum caualcatam faciant, prout supra concessum est, & quemadmodum ante præmencionatas per nos factas separationem, infeudationem, donationem,& concessionem faciebant, facereq́ue soliti erant,ac debebant. Et quemadmodum solent, & debent membra capiti suo intendere,& respondere. Necnon fidelibus Præsidenti, & Magistris Cameræ computorum nostrorum,q́ has nostras in patrimonio, & de manu nostris,receptisq́ue præsentibus ad extensum fideliter incorporent,& adnotent sic,q́ de eis perpetuis temporibus constare possit. Inhibentes propterea Castellano,& alijs officiarijs per nos nomine præfati Illust. filij nostri, & ipsum filium nostrum in dictis locis Burgi Sancti Dalmatij, & alijs valliumque Gecij, & Vermenagnæ constitutis sub pœna superius præfixa, Ne de officijs illis, seu altero eorum,& vlterius intromittant, aut inibi iurisdictionem aliquam exercere audeant quomodolibet, vel præsumant. Quinimmo iurisdictionem ipsam atque castrum Burgi loca prædicta valliumque Gecij,& Vermenagnæ,homines que,& singulares personas eorundem locorum,cum omnibus, & singulis iuribus vniuersisque fidelitatibus prædictis Vicario nostro moderno Cunei pro se, & successoribus suis,vtsupra in eodem Vicariatus officio regenda, & exercenda, relaxent,& remittant, ac easdem litteras nostras debitè, & effectualiter obseruent illibatas. Quod si Castellanus,& officiarij prædicti, eiusque locatenentes communitatesque,& homines ipsius Burgi sancti Dalmatij, & aliorum locorū prædictorum,valliumque Gecij,& Vermenagnæ seu alius ipsorum facere distulerint,vel recusauerint, Eo casu Vicario & Iudici prædictis attentius in mandatis

tis damus,q́ vi,& manu armata,eos & ipsorum quemlibet recusantem capiāt, cogant,& compellant firmis prædictis,& alijs quibus rigorosius fieri poterit ad respondendum,relaxandum,parendum,obediendum,contribuendum, & alia faciendum,prout supra declaratum,concessum,restitutum,vnitum,& reunitū, ac mandatum extitit. Volentes insuper,ac pro nobis, & nostris prædictis per pactum expressum concedentes ipsis communitati, & hominibus Cunei, & eorum posteritati,ac Vicario eorum, qui pro tempore fuerit notario, & secretario subsignato pro eis stipulante,q́ ipsis de Cuneo liceat, ac debeant, & possint, impune sine alicuius pœnæ incursu, vel alia a nobis seu successoribus nostris licentia obtenta, quocunque casu, quo ipsi de Burgo sancti Dalmatij, & aliorum locorum prædictorum,valliumque Gecii,& Vermenagnæ, aliiq́ue iurisdictionis, & mandamenti eorum recusarent cum eis iuxta formam eorum conuentionum,ac capitulorum contribuere,fodrosque, & caualcatas facere, & tenere, ac Vicario,& Iudici Cunei,eorumque locatenentib. & officiariis respondere,& obedire,vel alio quouis modo ipsi iurisdictioni se rebellarent, aut alteri quam dictis Vicario,& Iudici,vt supra obedirent, vel præmissa, seu aliquod præmissorum facere different,eos & eorum quemlibet cæterosque præmiss. contrauenien. capere,detinere,& pœnis prædictis plecti, & punire vsq; ad plenariam præmissorum omnium,& singulorum obseruationem. Ita quòd cæteris præsumentibus contra nostras huiusmodi concessionis litteras venire redundet,in exemplum quibuscunque litteris separationis, exemptionis,donationis,infeudationis,concessionis,& contractus,& aliis quibusuis, & quouis modo in contrarium, tam per nos,quam dictum filium nostrum, seu alios successores nostros,& tam ipsi filio nostro,dictisque communitatibus, & vallibus seu alteri eorum concess.& medio tempore forsitan concedendis sub quauis verborum forma etiam si talia forent, q́ de ipsis habēda esset in prę̄sentibus mentio specialis,vel etiam, & præsentibus de verbo ad verbum derogaretur, vel derogatum esset expresse. Non obstantibus quibus omnibus ex nostra dicta certa scientia derogamus,& derogatum esse volumus irreuocabiliter per præsentes, nulloq́; alio à nobis super hoc exspectato mandato, inquantum etiam dicti officiarii,& alii contrafacien. se formidant, dicta pœna affligi. Cæterum ex nunc eadem nostra scientia,& de nostræ etiam plenitudine potestatis,ac ēt per pactum expressum solemni stipulatione vallatum decernimus esse irritū, & inane,quidquid per nos aut nostros successores in futurum,aut forte aliquod ex consiliis officiariis,vel comissariis nostris seu à quopiam aliquo contra præmissa,vel aliquod præmissorum quomodolibet fieri contigerit,aut aliqualiter attemptari quouis ingenio siue colore quæsito, seu quærendo. Dat. Lugduni die vicesima octaua Septembris, Anno Domini Millesimo quatercentesimo sexagesimo tertio. Loys per Dominum præsentibus Dominis Illustribus Iano de Sabaudia Comite Gebennensi, Ludouico Marchione Salutiarum, necnon Henrico Episcopo Montis Regalis, Ioanne de Compesio Abbate de Six-Cancellario Sabaudiæ, Amblardo de Viriaro Apostolico Prothonotario, Antonio Piocheti cantore Gebennarum, Ludouico Domino Mentonis, Nichodo de Mentone, Domino Montistroteri, Iacobo Richardi Præside, Iohanne

hanne Campioni magiſtro hoſpicij, Vmberto vellueti Præſiden. Gebennen. Antonio Campionis,et Iohanne Maleti Theſaurario,laborier.reddantur littere portatori,quos duo mille ſcuta Sabaudiæ., habui ego Iohannes Maleti Theſaurarius,regiſtrata eſt.laborier.gratis de mandato Domini.

Confirmatione de priuilegij, Franchiſiæ conceſsioni, &c. Fatte alla communita di Cuneo dal Sereniſſimo Duca Philiberto 10. Febraro 1504.

PHILIBERTVS Dux, Sabaudiæ, Chablayſij,& Auguſtæ, Sacri Romani Imperij Princeps Vicariuſque perpetuus Marchio in Italia, Princeps Pedemontium comes Gebennen. Buaugiaci,& Rotundi Montis,Baro Vaudi,Gay & Faucigniaci,Niciæque Breſſiæ,Vercellarum, &c. Dominus vniuerſis facimus manifeſtum,quod ad nos venerũt ſpectabiles,& dilecti fideles noſtri Dominus Ioannes Antonius Ferrerij iuris vtriuſque Doctor, & Petrus Taroni Ambaſſiatores ad nos deſtinati per fideles ſubditos noſtros homines, & communitatem Cunei, villarum vallium Gecij,& Verminagnæ, & aliorum locorum eiuſdem diſtrictus,qui nobis exhibuerunt,& præſentarunt eorum Franchiſias,conuentiones, pacta,& priuilegia ipſis toto diſtrictui, & mandamento conceſſas, & conceſſa per Illuſtriſſimos prædeceſſores noſtros,& iam pridem per nos confirmatas,& confirmata,& ſignanter datas Ripolis ſub anno domini milleſimo tricenteſimo octuageſimo ſecundo,& die decima Aprilis,cum alijs annexis Dat. Lugduni die vigeſima octaua Septembris,anno domini milleſimo quatercenteſimo ſexageſimo tertio,cum alijs litteris confirmatorijs illis annexatis vna etiam cũ alijs litteris ab Illuſtriſſimis quondã Amædeo,& Ludouico prædeceſſorib.noſtris eiſdem hominibus,communitati,& diſtrictui conceſſis ſub annis, & diebus de quibus in eiſdem circa factum etiam, & exercitium commiſſariorum, vt in dictis loco diſtrictu, & mandamento iuriſdictionem exercere nõ debeãt, & cum litteris Illuſtriſſimi quondam genitoris noſtri dictam cauſam commiſſariorum concernen. cum annullationibus, & clauſulis de quibus in eiſdem ẽt cum litteris ipſis hominibus, & toto diſtrictui conceſſis circa extrationem victualium, & granorum de vecto,& prohibitione conceſſo,& concedendis nõ obſtan.cum alijs confirmatorijs,& declaratorijs.

Item alias litteras per Illuſtriſſimam matrem noſtram honorandam Dominam Blancham Duciſſam Sabaudiæ, conceſſas,quibus cauetur ne quis ſiue bona cuiuſpiam etiam exteræ perſonæ temporibus nundinarum, & diebus fori,ſcilicet lune,martis, & mercurij capi, detineri arreſtari ſiue ſequeſtrari nõ poſſint, humiliter requiren. & ſupplican.ipſas omnes litteras, & omnes alias conceſſiones,conuentiones,priuilegia,& ſtatuta,& omnia,& ſingula in eiſdem contenta

contenta obſeruari, confirmari,ratificari approbari, & denouo concedi, exponẽſque etiam quod officiales, & clauarius dicti loci ſæpius,& ſæpiſſimè contra formam ſtatutorum dicti loci procedunt ad exactionem bannorum captionem,& exportationem bonorum ante condemnationem aliquam factam præter etiam & contra formam iuris, & exactionem ſcripturarum criminalium humiliter ſupplicando ſuper his omnibus,& ſingulis eis prouideri,& mentem noſtram declarari,quibus omnibus,& ſingulis præmiſſis viſis, & auditis, & dictis litteris conuentionalibus Frãchiſijs ſtatutis libertatibus dicti loci Cunei, per nobiſcum reſidens conſilium de noſtri mandato viſitatis, & eius relatione audita,maturaque ſuper his deliberatione præhabita.

Ex noſtra certa ſcientia,& de noſtræ plenitudine poteſtatis, ac in vim pacti perpetui,per nos, hæredes ſucceſſoreſque noſtros quoſcunque dictas conuentiones litteras franchiſias libertates, priuilegia ſtatuta, & ordinamenta facta, & fienda per dictam communitatem Cunei, & ipſi communitati, & toto eius diſtrictui conceſſas,& conceſſa confirmamus,approbamus, & ratificamus, & de nouo in vim pacti perpetui concedimus,& conferimus in omnibus, & per omnia,& cum omnibus clauſulis declarationibus,& conceſſionibus quibus in dictis conuentionibus,& litteris continetur,cum omnimoda, & libera facultate capitulandi, & ordinandi prout hactenus fecerunt,& facere conſueuerũt, & quòd etiam circa Gabellas dictæ communitati ſpectantes, & pertinen. poſſint pęnas mulctas ſiue confiſcationes ponere tollere,augere, & diminuere totiens quotiens,& prout eidem communitati videbitur,& placuerit,& prout hactenus fecit, & facere conſueuit abſque impedimento,& contradictione alicuius officialis dicti loci qui pro tempore fuerit, declarantes ex præfata noſtra certa ſcientia irritum, & innane nulliuſque valoris,& momenti effectus, & efficaciæ quicquid in contrarium ipſarum conuentionum,& Franchiſiarum factũ fuerit,& id ne fiat quibus expedierit propterea ſub pœna noſtræ indignationis inhibemus,quodque etiam Vicarius iudex clauarius cæterique officiarij dicti loci nec quiuis commiſſarius prætextu aliquarum litterarum noſtrarum ſarramenti granorum, & victualium de vecto ſeu prohibitione fienda nullo modo contraueniãt ſeu opponant prædictis litteris extractionis granorum,& Victualium conceſſis mentem noſtram ſuper hoc declarantes non fuiſſe nec eſſe in futurum velle per aliquas litteras, & ſarramenta granorum fiendas in aliquo litteris dictis hominibus,& communitati Cunei, conceſſis præiudicare ſeu contrauenire,ſed illas continue valere,& tenere,& quòd Vicarius iudex, Caualerius,& familia ſeu alius quiuis commiſſarius non poſſint nec debeant aliquid capere ſeu extorquere à quauis perſona,pro extractione granorum ſeu victualium nec impedimentum ſeu moleſtiam inferre ſub pœna dupli, & reſtitutionis damnorum,& intereſſe damnum paſſuris vltra pœnam de qua infra,de quibus omnib.poſſint ſindicare.Quodq; etiam dictis diebus nundinarum, & fori de quibus in prænominatis litteris obſeruentur dictæ litteræ eiſdem conceſſe, ita quòd etiam prætextu aliquarum pœnarum ſeu litterarum contraueniri nõ poſſit ſeu debeat caſſantes etiam ex nunc, & annullantes ex dicta noſtra certa ſcientia omnia,& ſingula acta geſta proceſſus, & ſcripturas, & quaſcunque

pœnas mulctas, condemnationes pœnarum declarationes, & comminationes factas, & facta tam cótra dictam communitatem quã homines particulares dicti loci, villariorum, & districtus eiusdem præter, & contra formam dicearum conuentionum, & statutorum, & etiam quascunque pœnas forsan incursas, & declaratas tam ratione retardatę solutionis focagiorum quàm subsidij siue p officiales dicti loci seu alium commissarium forrerium seu magistros nostri hospicij, & præfatæ Illustrissimæ consortis nostræ. Declarantes etiam quòd p̃ textu aliquorum gestorum seu exercitij iurisdictionis iam factorum in dicto loco Cunei siue aliquo locorum dicti districtus, & mandamenti, non sit nec intelligatur esse derogatum in aliquo dictis pactis, & conuentionibus nec aliqua quasi possessio in contrarium prætendi possit seu debeat nec etiam inconsequentiam trahi sed sint, & restent dictæ conuentiones perpetuæ firmæ, & illæsę perinde ac si nunquam in contrarium aliquid factum vel attemptatum fuisset. Promittentes hoc ideo bona fide, & in verbo Principis ac pro nobis, & nostris successoribus prædicta omnia, & singula in dictis litteris, & conuentionibus, & litteris per nos, & antecessores nostros Illustrissimos vsque in hodiernum dictis hominibus, & communitati concessis, & omnia, & singula suprascripta rata, grata, valida, & firma temporibus perpetuis habere, illaque, & illas memoratis hominibus, & communitati Cunei, ac suis posteritatibus notario, & secretario nostro subsignato pro eisdem, & dicta communitate stipulan. efficaciter, & effectualiter obseruare, et per quoscunque etiam obseruari facere nec vllo vnquam tempore contrauenire, et si in aliquo per nos aut dictos successores nostros contra fieret seu contra fieri contingeret aut quamuis aliam personam, Vicarium iudicem, vel alium officialem dicti loci vel aliquem commissarium illud quicquid in contrarium fieri continget ex nunc prout ex tunc, et econtra ex nostra certa scientia reuocamus, proq; reuocato nullo et non facto ac nullius efficaciæ valoris, & momenti esse, teneriq́ue pariter, & haberi volumus, iubemus, & mandamus, quæ sic egimus, tam liberaliter, & de gratia speciali, ac in obseruantiam dictarum conuentionum, & franchisiarum, quàm pro & mediantib. florenis quatuor cẽtum Sabaudiæ paruiponderis per nos ab eisdem communitate, & hominibus Cunei, manibus proprijs habitis, & receptis, & quos dedimus, & remissimus Thesaurario Illustrissimæ Consortis nostræ in deductionem exonerationis eidem expeditæ per benedilectum fidelem consiliarium, & Magistrum hospitij nostri Iohannem Noyelli olim Sabaudiæ Thesaurarium generalem, & receptorem subsidij nobis vltimatè per patriam nostram Pedemontanam concessi. De quibus quatuor centum florenis ipse Thesaurarius quitationem dictis hominibus, & communitati tradere debebit, & de eadem summa quatuor centum florenorum eidem Illustrissimæ Consorti computare tenebitur, Mandantes propterea consilijs nobiscum, & Taurini residentib. Vicariis, & Iudicibus, Clauariisq́ue dicti loci Cunei, præsentibus, & futuris, cæteriscq́ue vniuersis, & singulis officiariis, commissariis, ac ipsorum officiariorum, locatenentibus, sub pœna centum librarum fortium pro quolibet dictis consiliis inferiore, Quathenus huiusmodi nostras confirmationes litteras præfatis hominibus, & communitati Cunei teneant, attendant, ac per quo

rum

rum interesit obseruari faciant. Quibuscunque exceptionibus, oppositionibus, & alijs contrariantibus non obstantibus Datas Fossani die decima Februarij Millesimo quingentesimo quarto, Per Dominum præsentibus Dominis Illustr. Carolo de Sabaudia, & Francisco de Lucemburgo, & Comite Montucii, Ludouico Barone Miolani Marescalo Sabaudiæ, Guigone de Balma Domino Rupis, Antonio de Giugmo Domino Diuone Præside, Augustino de Prouanis Patrimoniali Præside, Io. Ludouico de Plozasco, Philippo Chiuetri, Defenden. de Pectinatis Aduocato fiscali, Stephano de Capris Finanziarum Sabaudię generali, quos quatuorcentũ florenos parui póderis habui, Ego Vioneti de Guydelardis.

Confirmatione de Priuilegij, Conuentioni, &c. fatta alla Communità di Cuneo dal Serenißimo Duca Carlo 7. Nouembris 1506.

CAROLVS Dux Sabaudiæ, Chablaysii, & Augustæ, Sacri Romani Imperii, Princeps, Vicariusq́ue perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Comes Gebennen. Baugiaci, & Rotondimontis, Baro Vaudi, Gay, & Faucigniaci, Niciæq́ue, Bressiæ, ac Vercellarum, &c. Dominus, Vniuersis sit manifestum, q̃ nos visis litteris confirmationis, & nouæ concessionis, conuentionum, franchisiarum, statutorum, priuilegiorum, & immunitatum per Illustris. quond. prædecessores nostros Benedilectis fidelibus nostris cõitati, & hominibus Cunei, districtuiq́; & mandamento eiusdem concessis præsentibus annexis, & consideratis contentis in eis, iteratęq́ue supplicationi per spectabilem Doctorem Dominum Leonardum de Grassis & Maréchinum Garroni oratores, & legatos parte dictorum communitatis, & hominum, ad nos missos super his nobis factæ beniuolè annuentes pro sincera, & integerrima præsertim fide ac singulari ipsorum erga nos deuotione, ex nostra certa scientia, conuentiones, franchisias, statuta priuilegia immunitates prædictas cum ipsis litteris subannexis iuxta illarum formam, & tenorem ac prout concessę obseruatę, & illis hactenus vsi sunt confirmamus, ratificamus, & approbamus plenamque roboris firmitatem obtinere volumus ac illas, & illa quatenus opus fit de nouo sic vt præmittitur concedimus, & elargimur per præsentes tam liberaliter, & de gratia speciali quàm pro & mediantibus florenis quinque centũ Sabaudiæ, parui póderis manib. spectabilis bene dilecti fidelis consiliarij, & finan. nostrarũ Sabaudiæ generalis Thesaurarii Stephani de Capris habitis, & receptis. Qui de illis nobis in camera computorum nostrorum legitime cumputare tenebitur, mandantes propterea consilijs nobiscũ, & Taurini residen. Vicarijs, & iudicibus ac Clauarijs dicti loci Cunei præsentibus, & futuris ac cæteris vniuersis, & singulis officiarijs nostris mediatis, & immediatis ad quos spectabit, & præsentes peruenerint seu ipsorum locatenen. & cuilibet eorundem sub pœna centum librarum fortium pro quolibet dictis consilijs inferio-

HAUSER-INSTITUT

feriori quatenus hmõi noſtras cõfirmationis litteras præfatis hominibus,& cõ
munitati Cunei teneant,attendánt,& obſeruent, & per quorum intererit ob-
ſeruari faciant,in nulloque contraueniant quomodolibet vel opponant, qui-
buſcunque oppoſitionibus excuſationibus litteris mandatis,& alijs contrarian
tibus non obſtantibus,datas Taurini die vigeſima tertia mẽſis Iulij, milleſimo
quingenteſimo ſexto. Per dominum præſentibus dominis Reuer. Amædeo
ex Marchion.Romagnani epiſcopo Montiſregalis canzellario Sabaudiæ, Lu-
douico Barone Miolani comite Montiſmaiorum Sabaudiæ Mareſcalo, Iano
de Duyno domino Valliſyſare magno ſcutifero, Auguſtino de Prouanis patri
moniali præfide Auguſtino de Azellio,Franciſco Prouane Stephano de Ca-
pris finan.Sabaudiæ generali,quos quinq; cẽtum florenos paruipóderis habui
ego quidem Theſaurarius generalis, & receptor ſubſidij. de Capris Vulliet,
quas quidem conuentionum,& franchiſiarum ac confirmationum litteras per
dictos nobiles ſindicos dictæ communitatis nobis præſentatas,& exhibitas trã
ſcribi ipſorumque tenorem coram nobis legi, & publicari in præſentia teſtiũ
infraſcriptorum ac auſcultãtibus, & audiẽtibus notarijs infraſcriptis, & dicta-
rum litterarum originalia manualiter tenentibus per ipſoſque notarios ſub-
ſcribi,& ſuis ſignis ſignari fecimus decernentes huiuſmodi tranſumpto ſeu vi-
dimus tam in iudicio quàm extra tantam dari fidem, quanta ipſis originalibus
litteris daretur,&adhiberetur.quibus omnibus ſupraſcriptis tamquam ritè,re-
ctè,& legitimè factis ſedentes pro tribunali ſuper vno Bancho in aula Domus
communitatis Cunei habitationis auctoritatem noſtram,& Curie dicti loci in-
terponendã duximus,& interpoſuimus cum noſtri ſigilli impreſſione in teſtimo
nium præmiſſorum.acta fuerunt hæc in dicto loco,& in aula dictæ domus com
munis die ſeptima menſis Nouembris currente anno domini milleſimo quin-
genteſimo ſexto inditione nona præſentibus ibidem prouidis viris Marcheto
Rochi de Salmatorio,& Manfrino Anuchi de Ruffia teſtibus ad præmiſſa om
nia vocatis,& rogatis,& hæc omnia acta in contumaciã egregij florentii Gul-
fredi Clauarii dicti loci citati ad præmiſſa fieri videndũ, de mandato præfati
domini Vicarii, & ad inſtantiam dictorũ ſindicorum ꝑ Bernardinum Ribam
decanum dicti loci,vt mihi notario infraſcripto retulit.

ET Ego Iuuenalis Vialberti de Cadralio incola dicti loci Cunei
publicus Imperiali auctoritate notarius ſupraſcriptum tran-
ſumptum litterarum Ducalium ſupraſcriptarum à propriis ori
ginalibus extraxi, & fideliter ſcripſi de mandato præfati ſpe-
ctabilis domini Vicarii exinde facta debita collatione de ipſo
tranſumpto cum prædictis originalibus litteris me legente,&
infra nominatis egregiis Petro Taroni de dicto loco Cunei, & Franciſco Ber-
telli de Carignano in dicto loco commorante notarijs publicis cum dictis ori-
ginalibus litteris aſcultantibus, quia ipſum tranſumptum concordare inueni
nil addito vel mutato quòd habeat ſubſtantiam in aliquo variare,ideo hic me
ſubſcripſi cum ſoliti ſigni mei tabellionatus appoſitione in teſtimonium præ-
miſſorum.

Et

ET Ego Petrus Taroni Burgen. Cunei publicus Imperiali, & Ducali
Sabaudiæ auctoritatibus notarius,& de curia eiusdem Cel. Ducalis
iuratus quia collationi ſupraſcripti tranſumpti ad proprium origi-
nale factæ, & omnibus ſupraſcriptis præſens fui; ideo hic me pro-
pria manu ſubſcripſi cum ſoliti ſigni mei tabellionatus appoſitione in teſtimo
nium omnium præmiſſorum.

ET Ego Franciſcus Bertelli,de Cargnano Thaurien. Dicœceſis publicus
Imperiali auctoritate notarius nunc in Cuneo commorans, quia fa-
cta debita collatione de ſupraſcripto tranſumpto ad proprium origi
nale me aſcultante,& ſupra nominato egregio Iuuenale Vialberti legente cõ
cordare inueni ideo hicmei ſubſcripſi cum ſoliti ſigni mei tabellionatus appo-
ſitione in fidem,& teſtimonium præmiſſorum.

Confirmatione de conuentioni per il focagio.

26. *Febraro* 1536.

CAROLVS Dux Sabaudiæ Chablayſij, & Auguſtæ, Sacri
Romani Imperij,Princeps,Vicariuſque perpetuus,Marchio
in Italia,Princeps Pedemontium, Comes Gebennenſ.Beau
giaci, Rotondimonſ. Baro Vaudi, Gaij, Faucignaci, Niciæ,
ac Breſſiæ,Vercellarumque, &c. Dominus. Vniuerſis faci-
mus manifeſtum, quod cum tempore fidelitatis præſtitæ Il-
luſtriſſimo nunquam delendæ memoriæ Dom. Domino Amædeo Comiti Sa
baudiæ per dilectos fideles noſtros communitatem, & homines Cunei tam
pro ſe quam pro communitatibus,vallium Gecij,& Vermenagnæ ac villarum
iuriſdictionis loci prædicti Cunei cum eadem communitate Cunei reſpondẽ
tium inter cætera extiterit conuentum per dictam communitatem, & homi-
nes Cunei ſeu agentes eorum nomine quod tenerentur ſingulo anno in feſto
Sancti Andreæ dare, & ſoluere ꝑlibato Illuſtriſſimo Domino Domino comi-
ti Sabaudiæ vnum florenum auri ſeu Ducatum Ianuinum pro ſingulo focho
diuite pauperem adiuuantẽ, & ſupportante reperiendo tam in dicto loco Cu-
nei,quàm valibus,& Villis prædictis facta tamen detractione dictæ communi
tati Cunei tantum ſingulo anno florenorum quatuor centum,& quinquaginta
conſimilium pro Gabella ſalis remiſſa ſeu tunc remittenda per dictam commu
nitatem Cunei prælibato Domino Domino Comiti Sabaudiæ factaque de-
tractione dictis communitati Cunei valibuſque, & villis prædictis centum, &
quinquaginta fochorum pro miſeralibus perſonis ſingulo anno, conſtantibus
de præmiſſis litteris dominicalibus ſeu inſtrumẽto conuentionis receptis per-
ſub die decima menſis Aprilis anni milleſimi tricenteſimi octuageſimi ſecun-
di debitè ſigillatis ad quas in expedien.habeatur relatio;cumque durante ali-
quo tempore ſolueretur dictum focagium prædicto Illuſtriſſimo Domino co-
miti in manibus clauariorum dicti loci Cunei qui pro tempore erant ſecundũ

numerum

numerum qui reperiebatur facta debita descriptione per eosdem clauarios seu commissarios ad id deputatos ad rationē vnius Ducati pro singulo focho factis tamen prænarratis detractionib. contingeretque annuatim lites, & controuersias moueri inter prędidem, & magistros cameræ computorum nostrorū ex vna, & dictos Clauarios qui pro tempore erant ex alia, necnon, & inter dictos Clauarios tunc, & dictam communitatem Cunei, & villarum ac vallium ibidem ratione solutionis dictorum fochorum ex eo, quia dicti Clauarij nitebantur compellere ipsas communitates Cunei valiumque inde ratione solutionis dictorum fochorum, & villarum ad soluendum vnum Ducatum auri pro quolibet focho, & ad id excipiebat opponebatque, & allegabat dicta communitas Cunei pro se, & dictis valibus, & villis non teneri soluere focagium pro personis nihil habentibus atque vagabundis, quæ si compellerentur ad soluendum vnum Ducatum pro focho quolibet anno potius recedere proponebant, quam moram trahere, & sic loca debiliora afficiebantur defectu non habitantium, rursus allegabat ipsa communitas seu Ambasiatores, & legati nomine eiusdem quod ex forma capitulorum loci Cunei, cauebatur quod nullus diceretur habitator Cunei, & mandamenti nisi possideret vallorem librarum centum asten. quæ faciebant tunc tempore ducatos viginti quatuor, & propterea communitatem Cunei cum valibus, & villis prædictis non teneri soluere, vt præfertur pro personis nihil habentibus, & vagabundis, quodq; ꝓ his conuentionibus, & litibus ac controuersijs extirpandis, & anihilandis examinato diligenter ac maturæ discusso huiusmodi negotio tam per Illustrissimum quondam Dominum Ludouicum Ducem Sabaudiæ Auum nostrum eiusque proceres, maximè per prędictos prædidem, & magistros camerę computorum qui vt scripserunt quod congruum, & vtile foret dictum numerum fochorum, ad vnam taxam reducere per aliquod tempus statuendum, vt daretur occasio augendi numerum dictorū focagiorū, & vt personę venientes ad habitandum auidius moram traherēt, & fixarent residentiam vt tempore id exigente Illustrissimi Duces Sabaudiæ, qui pro tempore essent loca populosioria, & ad exercitium armigerorum personas in maiori numero paratas reperirent, cederent itaque talis reductio, & taxa numeri fogagiorum commodo, & vtilitati illustrissimorum Ducum Sabaudiæ pro tempore existentium. Et propterea extiterit facta taxa, & reductio dictorum fochorum ad numerum mille inclusis centum quinquaginta focis pro miserabilibus personis detrahi solitis annuatim, & hoc per tempus sex annorum tunc sequutorum, ita tamen quod de dicta summa mille ducatorum annuatim soluenda detraherentur communitati Cunei super eius rata floreni quatuorcentum, & quinquaginta ad mētem eiusdem conuentionis singulo anno largiendo prędibatus Illustrissimus D. Ludouicus omne plus reperiendum in numero ipsorum fochorum vltra mille præcipiendo præstatis prædidi, & Magistris Cameræ computorum, ne compellerent clauarios pro tempore existentes, ad computandum vltra summā mille ducatorum, sic taxatam, & reductam durantibus dictis sex annis, constantibus de præmissis litteris emanatis a prædibato Domino Ludouico debite sigillatis & subsignatis per de Ruppe ducalem Secretarium sub die secunda Iulij anni domini

domini millesimi quatercentesimi quadragesimi octaui fuerit namque talis reductio, & taxa obseruata, prorogatumque tempus soluendi huiusmodi fogagia ad dictam rationem mille ducatorum vsque ad annum millesimum quatercentesimum septuagesimum exclusiue, Quo tunc fuit aucta, & reducta taxa ad mille, & centum ducatos, prorogando tempus soluendi ad dictam rationē per sex annos sequentes constantibus litteris dominicalibus per quondam Illustrissimum dominum Amedeum patruum nostrum concessis debite sigillatis, & per floret Secretarium signatis sub die duodecima Aprilis anni prædicti millesimi quatercentesimj septuagesimi, Cumq; fuerint concessæ successiue prorogationes, quamplures per Illustrissimos antecessores nostros soluendi huiusmodi focagia ad dictam rationem, & taxam mille, & centum ducatorum inclusis miserabilibus personis ex forma conuentionis detrahi solitis, videlicet centum, & quinquaginta, detrahendo tamen annuatim ad formam conuentionis florenos quatuor centum, & quinquaginta ipsi communitati Cunei super eius rata pro Gabella salis vt supra remissa per ipsam communitatem Cunei, durauerintque huiusmodi prorogationes sic soluendi vsque nunc, & durare haberēt adhuc per aliquod tempus venturum, constantibus multiplicibus litteris dominicalibus super hoc emanatis, Ad quas si expediat habeatur relatio, ipsis ꝓrogationibus, & confirmacione eorum per nos facta sub anno millesimo quingentesimo sexto, & die vigesima prima Iulij, constantibus litteris per Vulliet secretarium nostrum primarium subscriptis; & his non obstantibus insurrexerit procurator noster fiscalis pro iuribus, & interesse nostris, institueritque causam coram consilio nobiscum residente contra, & aduersus prędictam communitatem Cunei sub die quarta mensis Februarij anni millesimi quingentesimi decimi noni, requirens condemnari ipsam communitatem Cunei, Vallesque, & villas eidem adiacentes, & cum ea respondentes ad soluendum ad mentem conuentionis vnum ducatum pro singulo foco diuite pauperem adiuuante vna cum retentis pro tempore præterito, & omni causa, & latius, vt ex actis ventilatis, & sententia in fauorem dicti procuratoris nostri fiscalis contra dictas communitates inde lata apparet. Ad quæ omnia si expediat condigna habeatur relatio, & ipsa sententia non obstante excipiebat, opponebat, & allegabat ipsa communitas Cunei cum vallibus, & villis, quod reductio, & taxa numeri fogagiorum erat sibi obseruanda inconcusse per tempus duraturum, vt in ipsis litteris prorogationum continetur causis, & rationibus, ac fundamentis infrascriptis. Primo tamquam veri, & fideles subditi nobis sedulo protestati fuerūt nole nobiscum litigare. Secundo quod si & quatenus durante tempore reductionum, & prorogationum concessarum, & factarum auctus fuerit numerus focorum tale augumentum processit cura, & opera, ac sumptibus ipsius communitatis Cunei, quia loca Casteleti, & Montanerie erant inhabitata, & communitas Cunei dedit venientibus ad habitandum prædia, domus, & aquagia, & sic fuerunt, & sunt ipsa loca habitata. Vlterius ex statuto loci Cunei disponebatur, quod quilibet veniens ad habitandum teneretur soluere vnum ducatum pro fogagio singulo anno, attamen, vt daretur causa augendi populū nunquam fuerunt compulsi tales habitatores ad soluendum huiusmodi fogagium

ſed continue ipſacommunitas Cunei ſupplere curauit ſolutionem abſque eo quod tale ſtatutum exequutioni mandaretur. Tertio quod ipſe conceſſiones prorogationum fuerunt factę, mediante præmio anteceſſoresque noſtri, eas ob ſeruare promiſerunt in verbo principis, & bona fide, eorumque medio iuramento, & ſic quod tranſiuerunt in vim contractus, quo fit, vt nullo modo debuiſſent reuocari, vtpotè etiam per nos confirmatę, & vbi expreſsè nunc plus quod reperiretur de dicto numero vndecim centum focorum fuit per Illuſtriſſimos anteceſſores noſtros donatum, & largitum.

Item quod ex numero focorum continue conſiſtunt quamplures nihil habentes, & vagabundi, qui non veniunt computandi, nec arctandi ad ſolutionem, aliàs recedere parant, Quodque ex ſumma debita pro fogagijs detrahuntur floreni quatuorcentum & quinquaginta, qui ex forma conuentionis deberent eſſe ducati quatuor centum, & quinquaginta auri, Cum ſic legantur in ipſa conuentione. Ad quæ excipiebat, & allegabat procurator noſter fiſcalis dicens ipſam ſententiam benè, & ſanctè latam, viribuſque ſubſiſtere cauſis, & rationibus tam à iure quàm ex proceſſu reſultantibus, quæ hic breuitatis gratia obmittuntur. Vnde præmiſſis conſideratis, & attentis ad nos recurrerunt benedilecti noſtri Iohannes Sulphi, Raphael Luperia, Franciſcus Corui, Antoninus Borelli, Antonius Luiſoti, & Lazarinus Signorilli, Ambaſciatores, & Legati deſtinati tam parte communitatis Cunei, & Villarum, quàm Vallium Gecij, & Vermenagnæ, prout apparet ex poteſtate eis attributa, & electione in eos facta, cuius tenor ſequitur, & eſt talis.

ANno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto inditione nona, & die vltima menſis Ianuarij actum Cunei in palacio communis, & in conſigliaria magna eiuſdē Palatij, in qua conſilium teneri ſolet, congregato, & conuocato generali conſilio communis, & hominum Cunei ſono Campanæ, & voce præconia, vt moris eſt de mandato Magnifici Domini Iohannis Baptiſtę Taparelli ex dominis Genoliæ honorandi Vicarij Cunei, & mandamenti ſecum aſſiſtente ſpectabili iuris vtriuſque Doctore Domino Petro Antonio de Lauro iudice ſuo qui petierunt conſilium dari, & prouideri ſuper præpoſitis infraſcriptis: in quo quidem conſilio ad erant vltra tres partes credendariorum ipſius conſilij, & primo prouideatur ſuper mutatione conſilij ſeu credendariorum videlicet quartam partem de triginta ſex quę eſt nouem ad mentē ſtatuti ſuper hoc editi &c.

Item ſuper relatione fienda per Magnificum Dominum Paulum Vagnoni ex dominis Truffarelli ac per nobiles Iohannem Sulphi Raphaellem Lupariā Franciſcum Corui Antoninum Borelli Antonium Luiſoti, & Lazerinum Signorilis Ambaſiatores, & deſtinatos parte communitatis Cunei ad Illuſtriſſimū Dominum noſtrum Carolum Sabaudiæ, &c. Ducem pro cauſa focagiorū; audita relatione eorum ordinatum concluſum, & deliberatum fuit per dictū conſilium nemine diſcrepante quod confirmentur prædicti electi, qui electi habeant omnimodam poteſtatem cauſam prædictam focagiorum cum prælibato Illuſtriſſimo Domino Sabaudiæ, &c. Duce ſedare concludere, & appun

ctuare

ctuare eo meliori modo quo fieri poterit habēdo reſpectum ad capitula alias præſentata, & de nouo præſentanda prælibato Illuſtriſſimo Dño D. noſtro ita tamen quod in appunctuaméto fiendo ſint omnes ſupraſcripti electi vnanimes, & concordes, & quicquid per ipſos factum fuerit valeat, & teneat ac ſi p̄ præſens conſilium factum foret humiliter ſupplicantes dicti legati vt dignaremur numerum ipſorum fochorum ad vnam certam taxam ſtabillire, & reducere perpetuo, & ſingulis annis per ipſas communitates Cunei, & valium exoluendam, ita quod ſi in futurū augerentur vel minuerentē foci ex aliqua quauis cauſa ipſa taxa non poſſit augeri nec minui ad effectum vt in futurum detur potius aditus, & cauſa numerum augendi in ipſis locis Cunei, & aliorum locorum iuriſdictionis Cunei cum crementum cedat commodo, & nobis, & ipſis villis, & vallibus, & reciprocè diminutio, & debilitas populorum damno, & incomodo noſtris; hinc eſt, quod nos viſis, & per conſilium nobiſcum reſidens præfatum de noſtri mandato viſitatis dictis conuentione reductionibus litteris actis, & ſententia necnon deſcriptionibus ipſorum fochorum, & nouiſſimè per ſpectabiles bene dilectos, fideles noſtros dominum Vbletum ex comitibus Caſtrimōtis Cambelaneum, & Vbertinum Marruchi ſecretarium, cuius conſilij relatione audita volentes huiuſmodi controuerſijs litibus, & differentiis finem imponere conſideratis fidelitate, & obſequendi promptitudine innumeriſque officijs, & donis gratuitis nobis per dictas communitates, & homines Cunei, & mandamenti liberaliter, & ſponte etiam & Illuſtriſſimis anteceſſoribus noſtris impenſis, & factis de & ſuper contentis petitis requiſitis, & expoſitis in dictis actis cauſæ, & ſnīa ventilatis, & lata per præfatum conſilium noſtrum nobiſcum reſidens cum dependentibus emergen. & connexis ex noſtra certa ſcientia, & de poteſtatis noſtræ plenitudine procerumque conſiliorum noſtrorum matura deliberatione præhabita pro nobis hæredibuſque noſtris, & ſucceſſoribus, quibuſcunque cōuenimus paciſcimur tranſigimus concedimuſque, & declaramus in verbo principis, & bona fide noſtra notario, & ſecretario noſtro ſubſignato ſtipulante, vt infra: & primo quod teneantur communitates, & homines Cunei, & villarum cum communitatibus Burgij, & cæterorum locorum vallis Gecii, & Vermenagnæ nobis dare, & ſoluere in manibus Clauarii noſtri Cunei, qui pro tempore fuerit quolibet anno, & imperpetuum incohando in feſto Sancti Andreæ proximè venturo pro focagiis nobis debitis ducatos quatuordecim cētum auri ſeu eorum verum vallorem in moneta habita ratione communis curſus in patria noſtra, & loco Cunei quoniam numerum dictorum focagiorum taxamus moderamur, & reduximus tam pro tēpore p̄ſenti quā futuro, & imperpetuū obſeruari dictos fochos mille, & quatuorcentum: ita quod ſi dictus numerus fochorum qūolibet in parua ſeu magna aut maxima quantitate augeretur ſeu diminueretur ex quauis ratione ſeu cauſa nihilominus ad ipſam ſummam mille, & quatuor centum Ducatorum ſeu vt præfertur verum valorem ipſas communitates, & homines Cunei mandamenti, & valium teneri volumus: ita tamen quod ſingulo anno in dicto termino Sancti Andreæ declarantur communitati, & hominibus Cunei floreni quatuorcentum, & quinquaginta de dicta ſumma focagiorum ſolui ſpectan. de

quibus in conuentione ſupra narrata fit mentio declarantes communitates valium Getij,& Vermegnanæ euocatas ad intereſſendū huiuſmodi appūctuamē to conſtantibus litteris Dominicalibus. Dat. Taurini die decima nona Ianuarij proximè lapſi, & per prænominatum ſecretarium noſtrum Marruchi ſignatis debitè,vt legitur exequtis teneri erga dictam cómunitatem Cunei ad tertiam partem dictæ ſummę quatuordecim centum Ducatorum annuatim debitorum iuxta formam conuentionum inter partes initarum, & iuxta hactenus ſolitum,& aſſuetum necnon,& ad tertiam partem duorum millium ſcutorum ibidem expreſſorum,quæ ſic egimus tam ex animi noſtri libera voluntate de gratiaque ſpeciali,quàm ex cauſis ſupra narratis & debito iuris, & iuſtitiæ ſuadente quam per & mediantibus ſcutis duobus millibus auri Regis de ſole manibus bene dilecti fidelis Theſaurarij noſtri Iohannis Guliermi Fauzoni habitis,& receptis,qui de illis in camera computorum noſtrorum legitimè computare tenebitur,& hoc pro arrerragijs,& retentis nobis debitis vſque in diem præſentem. Quę media dicta ſumma eiſdem communitatibus,& homini bus remittimus, & quittamus:quæ quidem pecuniæ conuerſæ ſunt in euidentē vtilitatem ſtatus noſtri, & pręmiſſis mediantibus renuntiatum eſſe volumus,& renuntiamus liti cauſæ, & inſtantiæ per fiſcalem noſtrum procuratorem vt ſupra inſtitutis pro cauſa focagiorum necnon, & ſententiæ inde prolatæ ac iuribus quomodolibet nobis ex ea competentibus ita quod in futurum allegari non poſſit nos aut ſucceſſores noſtros fuiſſe enormiter aut enormiſſimè læſos, per tranſactionem ſeu conuentiones huiuſmodi tam attento dubio futuro euē tu quàm præſenti commodo ex ipſis conuentionibus à nobis recepto maximè in modernis oneribus nunc nobis occurrentibus quibus homines,& communitatem Cunei,& vallium, ac villarum affectionatè in nobis procliues vidimus, & experti fuimus, & etiam temporibus retroactis,& præmiſſa omnia, & ſingula nos in verbo principis per nos,& ſucceſſores hæredeſq; noſtros quoſcunque perpetuo attendere,& obſeruare promiſſimus, & promittimus cum iuramento more principum præſtito, & ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium,& futurorum;ipſiq; legati,& Ambaſſiatores nomine prædictarum communitatum hominum Cunei,& mandamenti ac Valium prædictarum vigore dictæ poteſtatis eis attributę præmiſſa omnia,& ſingula attendere,& inuiolabiliter perpetuo obſeruare ꝓmiſerūt,& tactis corporaliter ſcripturis iurarunt in manibus notarij, & ſecretarij noſtri ſubſignati in nulloque contrafacere dicere opponere vel venire per ſe ſe vel alium ſeu alios aliqua ratione occaſione vel cauſa de iure vel de facto etiam ſi de iure poſſent ſub hypotheca,& obligatione omnium bonorum dictarum communitatum,& hominum præſentium, & futurorum refectioneq; damnorū expēſarum, & intereſſe litis,& extra & vlterius eoſdem bene dilectos fideles ſubditos communitates, & homines Cunei valium,& mandamenti gratia vberiori pertractare volentes, declaramus concedimuſque volumus, & iubemus quod ad mentem conuentionis ſupra relatæ communitas, & homines Cunei cum communitatibus,& hominibus valium,& vilarum attenta ſumma focagiorum prædictorum nobis debita, vt prædictum eſt non teneantur aliquo modo ad ſubſidia mutua

impoſitiones

impoſitiones,& alia quæuis onera cuiuſuis generis ſint imponenda ſeu fienda etiam ſi imponerentur aut fierent pro caſibus omnino inſolitis, & incogitatis ſupportandum dandum ſoluendum ſeu faciendum minuſque taxari poſſint per taxatores patriæ, & quatenus fieret taxa per ipſos taxatores eandem nullam declaramus inhibentes ſub pœna centum librarum fortium generali ſeu Theſaurario noſtro ſiue receptori qui pro tempore fuerit Vicarioque,& iudici ac Clauario Cunei, & cæteris officialibus, & commiſſarijs noſtris quibuſuis ne dictam communitatem,& homines Cunei,& mandamenti prætextu dictæ taxæ in perſonis vel bonis,coniunctim ſeu diuiſim moleſtent arreſtent, vel aliàs quomodolibet inquietent,verum iubemus per has noſtras ſummam pecuniarum taxandam ex nunc prout ex tunc indifficulter intrari, & allocari in camera computorum noſtrorum per præſidem,& magiſtros ipſius camerę.

Item concedimus confirmamuſq;, & declaramus per has noſtras quod litteræ conceſſæ dictæ cómunitati Cunei ꝑ Illuſtriſſimum nunquā delendę memorię Dominum Dominum Carolum Ducem Sabaudiæ debitè,ſigillatæ, & per,de ſordandis,Ducalem ſecretarium ſignatæ ſub die vigeſima nona menſis Ianuarij anni milleſimi quatercenteſimi octuageſimi octaui confirmatęque tam per quondam genitorem,& fratrem noſtrum Philibertum quam per nos diſponentes circa extractum granorum, & victualium iuxta illarum mentem, & tenorem eidem communitati,& hominibus Cunei ad vnguem, & inconcuſſæ obſeruētur,& quas obſeruari iubemus litteris in contrarium conceſſis,& cōcedendis non obſtantibus.

Item per has noſtras confirmamus eidem communitati Cunei, & diſtrictui ac mandamento quaſcunque franchiſias conuentiones ſtatuta bonas conſuetudines libertates immunitates, & quęuis priuilegia tam per nos quam anteceſſores noſtros conceſſas,& conceſſa prout conceſſę, & confirmatę fuerunt volentes eas, & ea inconcuſſa obſeruari.

Item per has noſtras concedimus confirmamuſque, & declaramus litteras conceſſas communitatibus Cunei,& villarum ac valium Getij, & Vermegnæ per quondam Illuſtriſſimū Dominum Dominum Ludouicum Ducem Sabaudiæ diſponentes quod Clauarij Cunei qui pro tempore fuerint nullam mercedem capere debeant ſeu poſſint pro quibuſuis pertinentibus ad officiū Clauarij ſed gratis dare, & facere quitationem de receptis manu ſua propria volumus tamen quod pro quitatione annuatim fienda de focagijs poſſit exigere ſcutos ſex ſolis ſeu eorum verum valorem, & non vltrà pariterque confirmamus litteras prædictas eiſdem communitatibus conceſſas per quas declaratur quod Clauarius noſter Cunei vltra annum non poſſit exigere ſiue ex cauſa compoſitionis ſiue condemnationis,declaramus tamen quod non poſſit exigere ipſa emolumenta finito anno poſt lapſum ſui accenſamenti mandantes propterea dilectis conſilijs tam nobiſcum quam Taurini reſiden. Præſſidique, & magiſtris cameræ computorum noſtrorum necnon Vicario iudici,& Clauario Cunei cæteriſque vniuerſis officiarijs noſtris ſeu ipſorum locatenentib.& commiſſarijs quibuſuis,& cæteris ad quos ſpectabit ſub pœna centum librarum fortium pro quolibet dictis conſilijs de camera inferiore quatenus has noſtras

ſtras reductionis, moderationis,& taxæ focorum, conuentionisque, conceſſionis, confirmationis, & declarationis iuxta earum mentem,formam,& tenorem dictis communitatibus Cunei, Valliumq; Gecij,& Vermenagnæ,& mandamenti tendant,attendant,& inuiolabiliter obſeruent,ac per eos quorum interierit obſeruari faciant, & in aliquo non contraueniant quomodolibet, vel opponant,verum ipſi Præſidens,& Magiſtri Cameræ computorum, Clauariũ noſtrum Cunei,qui pro tempore erit ad vltra computandum,quam pro dictis mille,& quatuorcentum focis, facta tamen detractione annuatim dictæ communitati Cunei ſuper dicta ſumma quatuorcentum & quinquaginta florenorũ, ad mentem conuentionis de qua ſupra non compellant ſeu aſtringant,ſed indifficulter intrent,& allocent:Quoniam ſic fieri volumus; quibuſcunque oppoſitionibus,exceptionibus, litteris, mandatis contrariantibus, non obſtantibus. Dat.in Caſtro Taurini,& in Camera turris deuerſus Septentrionem die vigeſima ſexta menſis Februarij milleſimo quingenteſimo trigeſimoſexto, Per Dominum præſentibus D.Hieronymo de Agatijs Cancellario Sabaudiæ,Ludouico de Caſtillione,Domino de Muſnent magno Scutifero, Iacobo ex Comitibus Plozaſchi ex Dominis Scalengiarum, Bartholomæo ex Marchionibus Palauicinis,D. Staponiſij, Iacobo Seytureri magiſtro hoſpicij, & Paulo Vagnoni ex Dominis Trufarelli, Marruchi. Quos duo mille ſcutos recepi ego Subſignatus vicegerens prædicti ſpectabilis Domini Theſaurarij.Logurno.

Conceßione fatta per la Communità di Cuneo alla communità di Benne d'vna bealera da prenderſi ſotto la citta di Cuneo, & nella Stura li 10. Febraro 1471.

IN nomine Domini Amen. Anno eiuſdem Domini Milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo primo, indictione quarta, die decima menſis Februarij. Actum Cunei, videlicet ſuper Palaſoto communis Cunei, vbi fiunt rationes dicti communis. Præſentibus ibidem Antonio Monferrini de Villafranca Clauario dicti loci Cunei, Bartholomæo de Viali de ipſo loco Cunei,& Iohanne Bellagarda habitatore ipſius loci teſtibus ad omnia infraſcripta vocatis,pariter & rogatis; Noſcat modernorum præſentia, & poſteritas ſucceſſura non ignoret, ac præſentibus & futuris hoc præſens publicum inſtrumentum intuentibus in noticiam publicam deducatur; Quod cum iam pluribus annis & temporibus elapſis quæſita fuiſſet vna bealeria per communitatem & homines Bennarum inferiorum capienda ſuper finibus Cunei in flumine Sturiæ, & hincinde habitę fuerint rationes,allegationes, & replicationes tam per ipſos homines de Bẽnis quam per homines communitatis Cunei, fuerit quoque conſultata natura rei,& locus capiendæ Bealeriæ fuiſſetq; dictũ q; Illuſtriſſima Domina Domina noſtra Duciſſa Sabaudiæ haberet gratum, q; dicti

dicti de Bennis haberent dictam Bealeriam, & ſuper conſideratione materiæ dictæ bealeriæ an deberet concedi vel non propter aſſerta præiudicia,damna, & intereſſe quæ quidã de ipſa communitate Cunei arbitrabantur euenire poſſe tam dictæ communitati,quam ſingularibus perſonis,& fuiſſent ſuper his omnibus factæ reformationes in conſilio, vt patet in libris dicti conſilij. Hinc fuit & eſt q; nobiles Marenchinus Crauexani,& Antonius de Murris ſindici dicti communis Cunei, Egregius legum Doctor Dominus Iohannes Franciſcus Rebacini,Franceſchinus Corui,Raphael Luperiæ,Girardus Bricij, Iacobinus Dalfini,& Conſtantius Migla electi,& deputati per generale conſilium omnis Cunei, & habentes plenam, & omnimodam poteſtatem à dicto conſilio ad infraſcripta peragenda,vt latius conſtat,& apparet in libro reformationum conſilij dicti communis Cunei. Cuius reformationis tenor talis eſt.

ANNO Domini milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo primo, inditione quarta,die nona menſis Februarij. In pleno & generali conſilio communis & hominum Cunei ſono campanæ,& voce præconia more ſolito,congregato Spectabilis Ducalis Scuttifer Dominus Petrus de Orliaco, honorandus Vicarius dicti loci Cunei, & mandamenti eiuldem petit conſilium ſibi dari ſuper præpoſitis infraſcriptis. Et primo cum alias per conſilium generale Communis Cunei, celebratum die viceſima prima menſis Nouembris Anni Milleſimi quadrageſimi ſeptuageſimi, data fuerit poteſtas egregio iuris vtriuſque Doctori Domino Bartholomæo Rabij, egregio legum Doctori Domino Iohanni Franciſco Rebacini, Raphaeli Luperiè, Girardo Bricij, & Anthonio de Murris vna cum ſindicis dicti communis reuidendi maturè certa capitula exhibita in dicto conſilio ſuper accordio tractando,& fiendo cum hominibus,& communitate Bennarum inferiorum pro facto bealeriæ iam dudum requiſitæ per ipſos de Bennis in flumine ſturiæ, ſuper finibus Cunei,& conducendæ ad ipſum locum Bennarum per fines dicti loci Cunei,& mandamenti eiuſdem ipſaque capitula videndi,corrigendi addendi,& minuendi,& alia ſi eis videretur de nouo faciendi,& cum ipſis de Bẽnis Peppigendi,deliberandi,ordinãdi,& concludendi ſuper ipſis capitulis aut alijs de nouo fiendis prout latius in reformatione dicti conſilij continetur,fuerintque per ipſos electos alia capitula ſuper facto dictæ bealeriæ facta cum ipſis de Bennis, qui & electi per ipſam communitatem Bennarum ſunt in præſenti loco Cunei pro concludendo ſuper ipſis capitulis cum communitate Cunei ſuper facto dictæ bealeriæ,& ſuper ipſis capitulis nouiter factis, exhibitis, & de verbo ad verbum in præſenti conſilio lectis, ſuper quibus ipſi de Bennis expectant reſponſum, & videatur aliquibus pro meliori cum ipſis de Bennis capere concluſionem ſuper ipſis, quod placeat conſilio prouidere, &c. ſuper præmiſſis. Item cum ſit neceſſe prouidere,&c. Item,&c. In cuius quidem cõſilij reformatione in quo aderant pluſquam duæ partes hominum dicti conſilij, & maximè conſiliarij infraſcripti facientes pluſquã duas partes hominum dicti conſilij,& ipſum conſilium integrantes ſuper facto dictæ primæ præpoſitæ,viſis dictis capitulis nouiter factis ſuper facto dictæ bealerię,& lectis de verbo ad verbum in præſenti conſilio,de quibus in ipſa præpoſita fit mentio fuit

ordinatum

ordinatum concluſum,& deliberatum dato ſuper eo partito ad Fabas albas, & nigras,& placuit omnibus excepto vno, qui poſuit fabam in contrarium, q̃ iterato,& de nouo in præſenti conſilio eligantur ſex idoneæ perſonæ,quæ vna cum ſindicis dicti communis Cunei,auctoritate præſentis conſilij habeant plenam,& omnimodam poteſtatem in præſentia ſupraſcripti Domini Vicarij Cunei,cum ipſis de Bennis ſeu cũ electis parte ipſorum de Bennis qui huc venerunt de & ſuper ipſis capitulis in præſenti conſilio exhibitis, & lectis pro facto ipſius bealerię peppigendi, paciſcendi,] conueniendi,tranſigendi, ordinandi,concludendi,obligandi, & deliberandi ac inſtrumentandi, & inſtrumenta conficiendi,& confici iubendi cum ſolemnitatibus, & clauſulis neceſſarijs, & opportunis ad contractum cum ipſis de Bennis fiendum ſi fuerint concordes prout & quemadmodum ipſis eligendis vna cum dictis ſindicis,& in pręſentia præfati Domini Vicarij videbitur fiendũm,& quicquid per ipſos eligendos in præmiſſis,& circa cum ipſis de Bennis paciſcitum,tranſactum, conuentum, ordinatum,concluſum, deliberatum ordinatum, & inſtrumentatũ fuerit atque obligatum valeat,& teneat,& inuiolabiliter obſeruetur, ac ſi per præſens totum conſilium factum foret,& illico in pręſenti conſilio ad præmiſſa peragendum fuerunt electi infraſcripti. Primo ſindici dicti communis egregius legum Doctor Dominus Iohannes Franciſcus Rebacini, Franceſchinus Corui, Raphael Luperię,Girardus Bricij,Iacobinus Dalfini, & Conſtantius Migla, nomina vero conſiliariorum qui erant in dicto conſilio ſunt hæc. Marenchinus Crauexani,& Antonius de Murris ſindici,egregius legum Doctor Dominus Ioannes Franciſcus Rebacini,Franceſchinus Corui, Iacobus Bruni, Raphael Luperie,Girardus Bricij,Ludouicus de Thomatis,Conſtantius Migla,Iacobinus Dalphini,Petrinus Ferrerij,Bollerus de Bollerijs,Antonius de Paruo paſſu,Manuel Negroni,Boninus Gotta, Antonius Toſelli, Borrinus Berardi, & Lantermus Bauduini,& ex aduerſo Stephanus Manaſerij, & Iacobus præpoſitus ſindici,& ſindicario nomine dicti loci Bennarum, Coſtinus Coſtamagna, Henrietus Sallamoni,Magiſter Nicolinus Barberij,Iacobus Marchus, & Antonius Gazarus electi,& deputati per conſilium ſiue communitatem ipſius loci Bennarum vna cum eis Mathæus de Coſtamagna partibus ex altera etiam habentes plenam, & omnimodam poteſtatem à dicta communitate,& conſilio Bennarum ad infraſcripta peragenda. Cuius poteſtatis tenor ſequitur, & eſt talis.

ANNO Domini milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo primo, die vigeſima prima menſis Ianuarij,in pleno & generali conſilio communitatis,& hominum Bennarum congregato in domo communis dicti loci ſono campanæ,& voce Nuncij,vt moris eſt. Iacobus Præpoſitus, & Stephanus Manaſerij ſindici vna ſecum Antonio Carracio locumtenẽte egregij Domini Euſtachij Stoperij ciuis ciuitatis Montiſregalis poteſtatis dicti loci Bennarum requiſiuerunt conſilium ſibi exhiberi ſuper præpoſitis infraſcriptis, & primo cum iã fuerit perpetratum per homines Bennarum habere & emere vnam bealeriam nomine communitatis,& vniuerſitatis Bennarum à communitate, & diſtrictu Cunei capiendam ſuper finibus Cunei,& in flumine ſturię ſubtus præſias aliarum

rum bealeriarum dictorum de Cuneo, ſuper qua ſunt iam copulata plurima capitula inter dictos de Cuneo,& homines Bennarum facientes tam pro communitate Bennarum quàm pro communitatibus Sancti Albani, & Trinitatis, & eam ſit neceſſe habere bene placitum, & confirmationem à Monaſterio vallis piſij ab Illuſtriſſimo D. Domino noſtro Sabaudiæ Duce,etiam concordare bealeriam alias emptam à Monaſterio vallis piſij cum illis de Montaneria, & de Caſtelletto qui in illa multas offerunt moleſtias, placeat conſilio ſuper præmiſſis cum dependentibus,emergentibus,& connexis prouidere,eo die & pulo poſt in cuius conſilij reformatione in quo conſilio erant conſiliarij in numero ſufficienti,& vltra duas partes dato partito ad album, & nigrum vt moris eſt nemine diſcrepante placuit omnibus quòd ad hoc vt contenta in dicta reformatione cum dependen.emergentibus,& connexis ex eiſdem veniant ad effectum quòd eligantur per electores communis duodecim probi, & ſufficientes de Bennis, Qui duodecim ſic electi habeant auctoritatem Bayliam & plenum poſſe virtute præſentis reformationis concordandi cũ Illuſtriſſimo Domino Domino noſtro Sabaudiæ Duce, & Illuſtriſſima Domina Domina noſtra Duciſſa Sabaudiæ pro confirmatione habenda ſuper dicta bealeria cõcordandique de precio cum ipſis, nec non cum communitate,& diſtrictu Cunei,de fictu annuali,& cum illis de Montaneria, & de Caſtelleto tam de facto præſentis bealerie quam de bealeria veteri,& etiam cum illis de Sancto Albano,& de Trinitate de prædictis bealerijs, et cum quibuſcunque alijs ad præmiſſa concordanda neceſſarijs ſingula ſingulis debitè referendo nomine, et vice dictæ communitatis,et vniuerſitatis bennarum ita tamen quòd omne id et quicquid factum,emptum,promiſſum et tractatum fuerit per dictos duodecim ſeu maiorem partem ipſorum valeat,et teneat, vt ſi per totum conſilium factum,promiſſum,deliberatum,et emptum fuerit, cum reſeruatione tamen ſemper ſalua quòd præſens reformatio ſit,& intelligatur ad voluntatem conſilij cuiuſlibet caput domus fiendi,aliter non qui electi ſunt hij.Henrietus Salamoni, Antonius Gallus, Magiſter Nicolinus Barberij, Iacobus Præpoſitus, Iacobus Marcus,Blaxinus Bealecius,Coſtinus Coſtamagna, Michael Fea,Antonius Gazerus,Stephanus Manaſerij, Dominicus Molia,& Franziſcus Vayra.

ANNO præmiſſo,& die vigeſimaquinta menſis Ianuarij, Congregato conſilio cuiuſlibet caput domus Bennarum ſono campanæ,& voce præconis in Ayra Magnificorum dominorum dicti loci Bennarum,Iacobus Præpoſitus & Stephanus Manaſerij ſindici communis Bennarum vna ſecum Antonio Corracio locumtenenti egregij domini Euſtachij Stoperij ciuis ciuitatis Montis regalis Poteſtatis Bennarum interuenientibus ad prædictum conſilium nobilibus Franciſco de Padua Caſtellano Bennarum, & Ogerio Dogli procuratore Magnificorum Dominorum dicti loci,& clauario habentibus poteſtatem à Magnifica domina Ianeta Condomina dicti loci voluerunt habere conſilium ſuper præpoſita infraſcripta. Et primo cum fuerit ordinatum in conſilio generali Bennarum emendi vnam bealeriam à communitate Cunei capiendam in flumine Sturiæ ſuper finibus Cunei, in qua ordinatione, & præpoſita facta ſub anno præſenti, & die vigeſima prima menſis prædicti Ianuarij ſcripta, &

notata per mè notarium infraſcriptum in præſenti libro fuit ordinatum,& cõcluſum,quod Henricus Salamoni, Antonius Gallus, Iacobus Præpoſitus, Magiſter Nicolinus Barberij, Blaxinus Bealecij, Iacobus Marcus, Coſtinus Coſtamagna, Michael Fea, Antonius Gazerus, Stephanus Manaſerij, Dominicus Molia,& Franciſcus Vayra,habeant poteſtatem & plenum poſſe emendi dictam bealeriam nomine & vice dictæ communitatis Bennarum,concordãdi & pepigendi cum Illuſtriſſimo Domino Domino noſtro Sabaudiæ,&c. Duce ſiue Illuſtriſſima Domina Domina Duciſſa Sabaudiæ, cum illis de Montaneria,& Caſtelletto, Sancti Albani & Trinitatis,tam de bealeria prædicta,quã de bealeria empta à monaſterio Beatæ Mariæ Vallis Piſij, & cum omnibus & ſingulis dependentibus,& emergentibus,& connexis ab eiſdem prout & ſicut latius in dicta reformatione legitur contineri, ad quam relatio habeatur. Et quia reformatio prædicta ſe refert ad voluntatem cuiuſlibet caput domus Bennarum aliter non, Placet conſilio ibidem congregato confirmare dictam reformationem: Addito quòd dicta Bealeria pro parte, quæ diſcurret,& fiet deuerſus Coſtandoniam fiat in communi, & expenſis communis vſque ad noſtram Dominam de Plocio, & ſimiliter prõ pärtẽ q̃uæ habetur, & diſcurret verſus ſtratam per ſubtus Coſtam vſque ad noſtram Dominam de Podio,& ab inde à dictis locis infra, fiat per eos, qui dictam aquam conducere voluerint, in qua quidem reformatione prædicti conſilij cuiuſlibet caput domus Bennarum, in quo erant vltra duas partes dictorum capitum dato partito ad vocem cuiuſlibet ibidem exiſtentium placuit omnibus exceptis infraſcriptis videlicet Domino de Canalibus,Mathæo de Canalibus,Nicolino Iaquino,Bartholomæo Manaſerio quondam Iacobi, Lazaro Molinario, Conſtantio Sallamoni,Petro Beoſſerio, Guigliermino Caligario, Petro Bigoto, Antonio Becario,Conſtantio de Gorena, Chriſtophoro Baroxia, Bartholomæo de Gorena,& Colla de Helena. Quòd reformatio facta de anno præſenti,& die viceſima prima præſentis menſis Ianuarij ſcripta, & notata per me Petrum Nigrum notarium publicum,& ſcribam tunc curiæ, & credentię loci Bennarum, quibus omnibus in dicto conſilio exiſtentibus per me prædictum notarium lecta,& diuulgata vulgari ſermone fuit,ſit, & remaneat in ſui roboris firmitate de verbo ad verbum, prout in ipſa legitur contineri, ac illam vigore præſentis reformationis confirmauerunt,approbauerunt, & amologauerunt,& pro confirmata,ratificata,& approbata in omnibus, & per omnia ,put in ipſa continetur habere voluerunt,& intendunt perpetuo, non obſtante capitulo in quo legitur, quod reformationes factæ in conſilio Bennarum nõ durent niſi tempore regiminis poteſtatis anni in quo factæ ſunt,quia quo ad præmiſſa dictum capitulum poſitum ſub rubrica de ordinamentis ſiue conſilijs factis folio vigeſimooctauo derogauerunt, & pro derogato haberi voluerunt. Perrus Niger.ad infraſcriptum contractum pacta,& conuentiones ſolemnibus ſtipulationibus interuenientibus tam in principio & medio quam in fine deuenerunt. Et primo ſupraſcripti ſindici & electi parte communitatis Cunei ex poteſtate eis attributa per generale conſilium Cunei, vt ſupra nomine & vice dictæ communitatis & hominum Cunei, Conſtituti ante præſentiam ſpectabilis

bilis Ducalis Scutiferi domini Petri de Orliaco honorandi vicarij dicti loci Cunei & diſtrictus eiuſdem dederunt,inueſtiuerunt,& conceſſerunt ac dant & concedunt,& inueſtiunt,& in emphyteoſim perpetuam hominibus,& communitati Bennarum ſeu dictis electis per ipſam communitatem Bennarum facientibus maiorem partem dictorum electorum ſtipulantibus,& recipientibus nomine, & vice dictæ communitatis & hominum tam præſentium quam futurorum in perpetuum,& mihi notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti vice & nomine & ad opus quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum territoriũ, & facultatem quam communitas ipſa ſeu homines Cunei habent in ipſo territorio conſtruendi alueum vnius bealeriæ latitudinis vigintiquinque pedum excluſis zichis communis capiendæ quemadmodum capere poſſunt homines Cunei in & de flumine Sturiæ ſubtus pontem inferiorem dicti fluminis qui põs tendit ad montatam Sancti Spiritus eundo verſus Centallum, cui montate coheret Antonius Bertrami à parte inferiori, & quondam Bertinus de Viali à parte ſuperior, & graueria Sturiæ, & ſubtus Præyſias bealeriarũ hominũ Cunei,iam factarum, maximè bealeriæ labẽtis ad Momboninã,& bealeriæ labentis ad Ronchos pro quibus promittit communitas Cunei de euictione in forma, ſoluendo ipſi de Bennis damna, & extima, quæ in conſtruenda bealeria fieri continget in proprijs ſingularum perſonarum,& in fabrica ipſius, ſaluo q̃ de communibus Cunei, & iuriſdictionis eiuſdem nullum teneantur ſoluere extimum. Et his mediantibus tenebitur ipſa communitas Bennarum ſoluere, & tradere pro fictu annuali,& in perpetuum communitati Cunei ſeu deputandis ab ea ſachos centum grani, videlicet ſachos quinquaginta frumenti boni mercandibilis, & ſufficientis,& quinquaginta ſachos ſiliginis etiam bonæ, & mercandibilis ad rationem trium ſeſtariorum pro quolibet ſacho, & ad menſuram Cunei, quæ ampliari non poſſit, conducendos per ipſos de Bennis in loco Cunei eorum de Bennis proprijs ſumptibus, & expenſis omni excuſatione,& impedimento remotis,conſignandos & menſurandos in loco Cunei maſſario,qui pro tempore fuerit,& caſu quo non eſſet dictus maſſarius in Cuneo, tunc conſignatio & menſuratio prædicta fieri debeat Sindicis Cunei,vel alteri eorum,vel ſaltim vni deputando ab ipſis ſindicis, & hoc infra feſtum Sancti Martini cuiuſlibet anni inchoandi a die quo ipſa bealeria diſcurret vſque ad locum Bennarum ſeu in finibus dicti loci, & non ante.

Item quòd ſi & quathenus eueniret (quod Deus aduertat) guerra in altero ipſorum locorum Cunei,& Bennarum, vel etiam in patria Pedemontana circũſtanti illata ſeu mota,actiuè vel paſſiuè Illuſtriſſimæ Dominationi Sabaudię propter quam nõ eſſet ipſis de Bennis tutus acceſſus ad bealeriam vel per quã impedirentur homines Bennarum vti,frui,& gaudere dicta bealeria, tunc, & eo caſu teneatur communitas Cunei defalcare de dicto fictu pro rata temporis quo duraret tale impedimentum ſecundum arbitrium ſindicorum Cunei, & Bennarum,& fiat declaratio præmiſſa in Cuneo. Et ſi occurreret peſtis in Cuneo vel Bennis propter quam non eſſet tutus acceſſus ad locum Cunei, vel euẽtus ex Bennis,& propter hæc non poſſent ipſi de Bennis ſatisfacere de fictu in termino, & modo præmiſſis propter hoc non incurrant aliquam pœnam, ſed

teneantur consignare,& mensurare in alio loco deputãdo per sindicos, & personæ similiter ab eis eligendæ, & vbi de loco non conuenirent teneantur in anno sequenti satisfacere totum simul fictum prædictum iuxta modum, & formam de quibus in primo capitulo sub pœna dupli eius quòd tunc soluere deficerent in illo termino applicanda ipsi communitati Cunei pro duabus partibus,& pro reliqua parte Curiæ Cunei, quæ pœna intelligatur ita in primo capitulo sicut in isto,quando deficeret solutio canonis, & fictus de quo supra, ita tamen quòd si à casu rumperetur in totum ipsa bealeria, ex quo non posset percipi aliqua vtilitas vel esset irreparabilis, tunc intelligantur ipsi de Bennis quitti,& absoluti ab ipso fictu,& aliter aliquo alio casu ab ipso fictu resilire seu liberari non possint ipsi de Bennis.

Item quod dicta bealeria labere,& discurrere debeat in latitudine,& altitudine de quibus supra terrena ad comodiorem vtilitatem ipsorum de Bennis, & quòd aliæ bealerie hominum Cunei,& districtus,quæ nunc sunt vel in futurum erunt discurrere debeant super ipsam bealeriam bennarum per gorgias seu canales ligneos,in quantum durant fines, & territorium ac campariæ Cunei,& mandamenti fiendos semel tantum bonos, & sufficientes per ipsos de Bennis,& participantes pro quinta, & manutenendos ex inde perpetuo per homines quorum erunt bealerie discurrentes per dictos canales habita ratione,& satisfactione per prius de damnis,& extimis per ipsos de Bennis,& participet,ita tamen quòd non liceat ampliare nec augumentare ipsis de Bennis dictam bealeriam vltra pedes supra specificatos sine licentia consilij generalis hominum Cunei sub pœna librarum centum fortium applicanda Curię Cunei,pro dimidia,& pro reliqua dimidia communitati Cunei,ita etiam conuẽto,quòd arbores oriunde super gichis bealeriæ sint ipsorum de Bennis,& participantium,& nullus audeat incidere dictos arbores sub pœna solidorum decem pro qualibet planta,& totidem pro emenda.

Item quòd teneantur ipsi de Bennis, & participes in quinta quantum durabit,bealeria super iurisdictione Cunei facere pontes, & planchas super dicta bealeria in locis opportunis sufficientes ad terminationem quatuor proborum virorum per consilium Cunei,& Bennarum eligendorum quorum duo sint de Cuneo,& alij de Bennis,& ipsos pontes,& planchas in perpetuum manutenere bonos,& sufficientes per ipsos de Bennis,& participantes cum eis in quinta,ita quòd si defectu ipsorum pontium, & plancharum minus sufficientium aliqua bestia deuastaretur vel periret teneantur ipsi de Bennis, & participes in quinta parte,satisfacere damnum domino dictæ bestiæ qui probaret per vnum testem cum iuramento ad minus dictam bestiam fuisse deuastatam defectu pontium vel plancharum prædictarum summariè tamen sola facti veritate habita.

Item quòd si homines Cunei vel villagiorum ipsius loci videlicet Montanerię,Casteletti,vel singulares ipsorum locorum, & villagiorum vellent participare in ipsa bealęria,quòd teneantur ipsi de Bennis dictos homines,& singulas personas acceptare,& associare pro quinta parte totius bealerię, ita tamen quòd substineant pro dicta quinta parte eorum ratam expen.fabricę, & extimorum

morum à præysia dictæ bealerie,vsque ad Burcham inclusiuè excepto fictu canonis de quo supra ad quem minimè teneantur pro ipsa parte, & fiat in dicta bealeria vna Burcha seu Tapa in qua dicti participantes pro ipsa quinta parte capiant eorum quintam partem quæ Burcha seu Tapa stet aperta ad fortunam augmenti,& decrementi,& aptetur, & cõstituatur per probos viros in arte expertos,deinde fiat vna bealeria ad partem proprijs sumptibus, & expensis dictorum participantium in quinta parte per quam discurrat tota quinta pars ab ipsa tapa prima apperienda vsq; ad finem pratorum cuiuslibet participantium,& vsque quo voluerint,& in eadem bealeria possint fieri tot tapæ quot erunt necessariæ ipsis participibus quintæ partis, & non possint in dicta bealeria magna fieri aliæ tapæ,siue appertura propter quam deuietur acqua ad aliquas possessiones siue ingenia nisi prædicta principalis,quæ sufficiat pro omnibus,ita tamen quòd ipsi participes dictæ quintæ partis contribuant in fabrica & alijs ex inde expensis fiendis circa reparationem ipsius bealeriæ pro eorum rata,& pro finibus Cunei,dumtaxat,& in omni defectu possint ipsi de Bennis de laboratoribus,& alijs prouidere,& retinere acquam eorum sortis quousq; soluerint,& si aliter fieret incurrant pœnam librarum vigintiquinque astensis totiens committendam,& fisco Cunei pro tertia,accusatori pro tertia, & pro reliqua ipsis participibus persoluendam quotiens contrafiet.

Item quòd ipsi de Bennis pro custodia dictæ bealeriæ possint eligere,& deputare camparios homines bonæ vocis,& famæ quæ præsententur sindicis, & Domino Vicario Cunei,& in præsentia ipsorum,& consensu sindicorum dicti loci per ipsum Dominum vicarium deferatur iuramentum, qui camparij sic præsentati, & iurati teneantur bene, & fideliter accusare omnes, & singulos damnum dantes quouismodo in dicta bealeria,ripis pontibus,& aliis pertinẽtibus quantum durant fines campariæ, & territorium Cunei, & Villagiorum suorum,Castelleti,& Montaneriæ,vsque ad fines Sancti Albani, quæ accusæ fiant,& scribantur in Curia Cunei,& per dominum Vicarium,& iudicem qui pro tempore erunt decretentur,cõdemnentur, & absoluantur prout res exegerit,& per Clauarium Cunei,qui pro tempore fuerit,exigantur, & dictis accusatoribus sic vt supra acceptatis, & iuratis credatur eorum iuramento, & taliter accusati incurrant pœnam librarum decem,& totidem pro emenda,pro quolibet,& qualibet vice,cuius pœnæ tertiæ pars applicetur Curiæ Cunei, seu illi quem pro tempore continget exigere loco fisci, pro alia tertia accusatori, emenda vero sit insolidum ipsorum participantium. Reliqua dictæ pœnę sit ipsius communitatis Bennarum,& quòd dictæ accusæ non possint fieri nisi in Curia temporali Cunei,& si alibi fierent sint ipso iure nullæ,saluis tamen præmissis extitit pacisitum,quòd casu quo Dominus Vicarius Cunei qui pro tempore erit non faceret iustitiam de contrafacientibus accusatis possint ipsi de Bennis habere recursum contra dictos officiales,& delinquentes ad superiorem,& superiores officiales Cunei,seruatis capitulis,et conuentionibus Cunei,et non aliter et eo casu teneantur scribę, et notarij qui huiusmodi accusas scriberent dare copiam ipsarum accusarum ipsis de Bennis seu participibus ad omnem eorum primam requisitionem sumptibus moderatis,et ad taxam quam illi de

Cuneo,

fictum fuerint requisiti ipsi de Bennis fori priuilegio in aliquo non obstante cui expresse renunciauerunt ipsi de Bennis supra electi, & nominati, quæ omnia,& singula in præsenti instrumento contenta dicti homines sic electi nomine dictarum communitatum solemnibus stipulationibus hinc inde interuenié tibus,vt prædictum est,promiserunt attendere,& inuiolabiliter obseruare perpetuo,& obseruari facere per quoscunque,& nullo tempore prædictis vel alicui prædictorum contrauenire,dicere,vel opponere aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto,directè vel indirectè, per se vel aliam personam ac mihi notario infrascripto stipulanti,& recipienti nomine,& vice dictarum communitatum ac omnium,& singulorum omnium quorum interest, intererit ac in futurum quouismodo interesse poterit. Renunciantes propterea ipsi sic electi iuribus quibus possent contrauenire, & quòd aliter fuerit dictum quam scriptum,doli,mali,vis,metus in factum actioni conditioni sine causa vel ex iniusta causa,& omni alij exceptioni eisdem communitatibus competenti, ac etiã omni iuri canonico,& ciuili,per qđ possent contrauenire ipsis sic electis prius certificatis de ipsis iuribus:insuper promiserunt ipsi sic electi nomine dictarum communitatum hincinde interuenientibus stipulationibus debitis restituere; & resarcire omnia damna interesse, & expensas quomodolibet supportanda defectu alterius partis,& de illis damnis expensis,& interesse credere, & stare iuramento partis damnificatę,& læsę,quibus omnibus sic peractis & gestis prę fatus Dominus Vicarius sedens pro tribunali super quodam bancho in dicto Palasoto existente quod quo ad hunc actum pro suo idoneo elegit tribunali suam,& dicti communis Cunei interposuit auctoritatem pariter,& decretum, De quibus omnibus,& singulis suprascriptis ipse partes iusserunt per me Bartholomæum Corui notarium,& scribam dicti communis Cunei fieri duo publica instrumenta videlicet vnum in fauorem communitatis Cunei, & vnum in fauorem communitatis Bennarum vnius,& eiusdem tenoris.

Et ego Philippus filius quondam Bartholomæi de Cuneo publicus Imperiali, & Ducali Sabaudiæ auctoritatibus notarius, hoc præsens publicum instrumentum leuari feci de prothocolis quondam genitoris mei Bartholomæi Corui prædicti notarij publici per alium fidelem notarium, & coadiutorem meum alijs occupatus negociis, de licentia Ducali mihi super præmissis attributa,& quia facta diligenti colatione cum originali prothocollo, & vtrunque inueni concordare, ideo me hic propria manu subsignaui, cum mei soliti signi tabellionatus appositione in fidem & testimonium veritatis omnium præmissorum.

Dichiaratione della Ducheſſa Biancha della predetta conceſſione de la Bealera 1. Iunij 1498.

BIANCHA Ducissa Sabaudiæ,Tutrix,& tuttorio nomine Illustrissimi filij nostri carissimi Caroli Iohannis Amædei Ducis Sabaudiæ, Chablaysij,& Augustæ Sacri Romani Imperij Princeps Vicariusq; perpetuus Marchio in Italia,Pedemontium Princeps comes de Vilarus

larus Baro Vaudi,& Gay Niciæque Vercellarum ac Friburgi, &c. Dominus vniuersis serie præsentium fiat manifestum quòd nos per proceres, & consiliũ prælibati filij nobiscum residen. diligenter visitari fecimus instrumentum cõuentionum initarum, & factarum per & inter fideles nostros communitatem, & homines Cunei ex vna,& communitatem ac homines Bennarum partibus ex alia præsentibus annexum cum concessione, & conuentionibus in ipso instrumento mentionatis,quorum relatione habita, & ipsius instrumenti, & in eo contentorum cõsiderato tenore,ex nostra certa scientia motuque proprio ipsius consilij matura deliberatione præhabita, declaramus conuentiones ac omnia, & singula in eis,& in dicto instrumento contenta fuisse bene legitimè & rectè factas,& facta,vallidasque & vallida, ac roboris firmitatem obtinere, ipsasque, et ipsa quatenus opus sit tutorio nomine prædicto approbamus, et conualidamus;Nihilque contra eas et ea contra voluntatem dictæ communitatis,et hominum loci nostri Cunei,in posterum fieri volumus, imo quæcunq; facta, et attemptata contra formam dicti instrumenti,et in eodem contentorum,et præsentium nostrarum litterarum,ac fienda nulla et irrita declaramus, et decernimus ac reuocamus,et reuocata esse volumus et mandamus, et hæc egimus tam ex debito iustitiæ, quam pro et median. quinquaginta florenis parui ponderis per nos ab eisdem hominibus et communitate Cunei, habitis manibus benedilecti fidelis consiliarij nostri Sebastiani Ferrerij Domini Galianici Thesaurarij Sabaudiæ quide illis nobis legitimè tenebitur computare, mandantes propterea dicto consilio nobiscum,et Taurini residenti, Præsidenti,& magistris Cameræ computorum Sabaudiæ,procuratoribus fiscalibus, & Clauarijs dictorum consiliorum Vicarijs,& iudicibus Cunei,Montisregalis,& Fossani ac Sauiliani Potestatique cõmunitati, & hominibus Bennarum,alijsq; quibuscunque officiarijs,& subditis eiusdem filij nostri,tam mediatis quàm immediatis ad quos spectauerit, & prout ad quinque ipsorum pertinet,& spectat singula singulis referendo,quatenus ipsas conuentiones, & omnia, & singula in eis,& instrumento memorato,& in præsentibus nostris litteris contenta illę sas, & illibatas,illæsa, & illibata obseruent, & obseruari per quoscunque faciant sub pœna in dictis conuentionibus contenta quoad ipsos homines,& cõmunitatem Bennarum,alijs vero dictis consilijs, & de camera inferioribus sub pœna,centum librarum forcium pro quolibet,quibuscunque litteris concessis, & concedendis,maximè Petro paulo de thomatis super fabrica cuiusdam nauigij conducendi, à Cuneo seu eius finibus Carmagnoliam siue alio acquęductu,quas declaramus non fuisse mentis prælibati cõsortis nostri nec nostræ nec eius consilij cum eo residen. quòd traherentur ipsæ litteræ, & cõcessiones nec trahi possent in & ad aliquod præiudicium bealeriæ conuentionum,& concessionum in dicto instrumento descriptarum nec iuris dictæ communitatis,& hominum loci nostri Cunei,alijsque contrariantibus non obstantibus,quibus per præsentes ex eadem nostra certa scientia,& motu proprio,ac de nostræ plenitudine potestatis expresse derogamus,& derogatum esse volumus, Dat. Taurini die prima mensis Iunij, Anno Domini millesimo quatercentesimo nonagesimo. Per Dominam præsentib. Illustriss. & Reuerendiss. Domino Fran-

 ciſco

ciſco de Sabaudia auxitan. Archiepiſcopo Gubernatore,& locumtenente Sabaudiæ necnõ Reuerendiſs. Antonio Championis epiſcopo Montiſregalis Cãcellario Sabaudiæ,Ludouico comite Guerie, Antonio de Roſſellione Dom. Belli Retorti Antonio Dom. Dynoue Humberto Dom. Lucengij Glaudio de Marcoſeij Magiſtro hoſpicij Petro de Agacijs, defendente de Petenatis aduocato fiſcali,Sebaſtiano Ferrerij Domino Gallianici. Bezona. Quos quinquaginta florenos parui ponderis Sabaudiæ habui ego idem Theſaurarius Sebaſtianus Ferrerij.

Inſtrumentum conceſsionis vnius bealerie conceſſa per communitatem Cunei, nobilibus fratribus de bocabiancha de Cuneo 23. Martij 1466.

IN Nomine Domini Amen. Anno eiuſdem domini milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo ſexto indictione decima quarta die vigeſima tertia menſis Maij actum Cunei, videlicet in domo communis Cunei,& in conſiliaria dicti communis vbi celebrantur conſilia,præſentibus Bartholomæo de Paruo paſſu Raphaele Malerij,& Bartholomæo de Putheo omnibus tam de Cuneo quam ibidem habitãtibus teſtibus ad omnia infraſcripta,vocatis pariter,& rogatis,ex tenore huius veri, & publici documenti cunctis, inſpecturis tam præſentibus quam futuris pateat euidenter, quod cum opidum loci Cunei agrum ſatis amplum Deo laudes, & territorium habeat vltra ſturiam, vt plurimũ aridum ad cuius vbertatem ſatisfactionemue illud cenſetur vtilius,& melius per augmentum bealerias conducere ſiue riuos aquæ ex flumine ſturiæ ad copioſa prata ibidem fienda,quia etiam prata, & agri longè fertiliores efficiuntur ex quo pridem,& iam dudum ad humilem ſupplicationem,& requiſitionem,N.Georgini bocabiancha, & Iohannini Luperiè burgenſium dicti loci Cunei de voluntate licentia,& expreſſo conſenſu tunc ſpec. Dom. Vicarij Cunei fuerit per conſilium generale dicti loci Cunei eiſdem Georgino,& Iohannino ſic ſupplicantibus conceſſa,& data licentia faciendi, & fabricãdi vnã bealeriam per eos requiſitam capiendam in flumine ſturię, & conducendam in finibus dicti loci Cunei vltra ſturiam vna cum tanto territorio,& de territorio gerborũ, & boſchi ſaluatici dicti communis Cunei,& agri ſeu territorij prædicti quantum commodè adaquare poterit aqua ipſius bealerie,& quæ per ipſam bealeriam labi contigerit videlicet de territorio gerborum, & dicti communis magis propinquo alueo ipſius bealeriæ, & diſcurſui eiuſdem pro maiori commoditate adaquandi prata noua ibidẽ fienda Deo dante per ipſos Georgium,& Iohanninum in eadem,& quod illud territorium eiſdem venderetur per dictam communitatem Cunei ad rationem pretij, & nomine pretij ſolidorum quadraginta aſtenſium pro qualibet iornata,vt cõſtat latius de huiuſmodi con-

di conceſſione ordinatione, & ſcriptura in libris reformationum conſilij dicti loci Cunei,per egregium Iacobinum Dulcis notarium publicum,& tunc ſcribam dicti conſilij,& per Ghirardum Britij notarium,& etiam ſcribam dicti cõſilij ad quæ omnia quatenus expediat condigna habeatur relatio, cuius quidẽ conceſſionis virtute ipſi Georginus,& Iohanninus ad incohationem laborari fecerunt quam plurimas,& ſumptuoſas expenſas in ea faciendo cunque ipſi Georginus,& Iohaninus exinde auxiliante Deo illam perfecerunt,& fini optato duxerint,labentem, & diſcurrentem magno cũ ſumptu per dictos fines conduxerint,& de ea diuiſiones opportunas inter ipſos Georgium,& Iohãninum & alios participantes in ipſa bealeria, fecerint ex qua nouem pedes latitudinis ex quindecim pedibus,vt nunc eſt peruenerunt ac pertinent ipſi Georgino inſolidum,& requiratur parte ipſius Georgini ſibi fieri venditionem de terris gerbidis, & boſchinis dictæ communitatis vſque ad quantitatem Iornatarum tricentum communium ſiluatarum in finibus Cunei vltra ſturiam loco dicto in Cenaldo deuerſus bealeriam prędictam,& pręcipuè deuerſus borcham bealerie dicti Georgini, & in locis magis propinquis,& conuenientibus ipſi Georgino,& eius fratribus pro dictis pratis fiendis ad rationem prædictam ſoldorum quadraginta pro ſingula Iornata: hinc igitur fuit, & eſt quod conſtituti in pleno,& generali conſilio dicti communis ſono Campanæ, & voce præconia more ſolito congregato coram S. D. Georgio de ſolario honorando Vicario dicti loci Cunei nobiles ſindicus,& conſiliarij communis Cunei,inferius nominati repræſentantes ipſam communitatem facientes pluſquam duas partes hominum dicti conſilij ipſe quidem Dom. Vicarius cum voluntate auctoritate,et conſenſu ipſorum ſindici,et conſiliariorum,necnon ipſi ſindicus,et cõſiliarij cum voluntate auctoritate & conſenſu præfati domini Vicarij, ipſi omnes vnanimes,& concordes nomine & vice dictæ communitatis Cunei, & ſingularum perſonarum eiuſdem,eis modo,via, iure, & forma quibus melius, & validius potuerunt,& poſſunt attendentes ipſius bealerie notabilem,& ſumptuoſiſſimam,fabricationem, quæ labitur per ipſos fines de vltra ſturiam nec ſolum his beneficium ſed toti republicè affert acrimenta non modica iure proprio & imperpetuum dederunt vendiderunt, & tradiderunt ac puram, & meram venditionem,& traditionem fecerunt ac vendunt tradunt, & dant per ſe ſe,& dicti communis Cunei,& hominum,& ſucceſſorum quorumcunque prædicto Georgino bocabiancha, præſenti ementi acquirenti, & recipienti tam nomine ſuo proprio quam nomine,& vice Ioannis Antonij, Marchi, & Franciſci ſuorum fratrum abſentium,& me notario infraſcripto vti publicę perſone præſenti,ementi,& recipienti nomine, & vice ſuorum fratrum abſentium pro ſe ſe,& eorum hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque videlicet Iornatas tricẽtum terrarum communium boſchi, & gerbidorum ipſius communitatis ſitas in finibus Cunei vltra ſturiam loco dicto in Cenaldo deuerſus bealeriam prædictam & præcipuè deuerſus borcham bealerie dicti Georgini,& ſuorum fratrum,& in locis magis propinquis,& conuenientibus ipſis Georgino, & fratrib. pro pratis fiendis,cohęrẽ. via buſchę,bealeria derotarijs,bealeria ipſorum de bocabianca,ipſi de bocabianca,via paſſatoris infra, & via paſſatoris ſupra,

ſupra, M. Petrus picapetra, Anthonius Bertrami, & Ludouicus Rubati, & alij ſi qui ſint confines veriores permaneant exceptis tamen terris paſcheriæ nouæ fiendæ in Cenaldo retro altenata fieri ordinata per conſilium dictę communitatis, quæ nō poſſint capi niſi pro vſu dictæ paſquerię, ita etiam & taliter quod in præſenti venditione facta ipſi Georgino de ipſis iornatis tricentum terræ, & in numero ipſarum computentur, & computari debeant includique & includantur omnes terræ dicti communis quas præſentialiter tenent, & poſſidēt ipſe Georginus, & dicti ſui fratres, quę menſurari debeant per perſonas electas per communitatem ſuper recuperatione terrarum communium, & facta ipſarum terrarum debita menſuratione de ipſis terris quas, vt ſupra tenent, & poſſident ipſi Georginus, & ſui fratres ſi eidem Georgino, & ſuis fratribus aliquid deficiat vſque ad numerum, & quantitatem, & ſummam dictarum Iornatarum tricentum, tūc ipſi electi ſuper recuperatione ipſarum terrarum communium habeant omnimodam poteſtatem dandi declarandi diuidendi, & aſſignandi, & aterminari faciendi dicto Georgino ſupplementum ipſarum terrarum vſq; ad quantitatem, & ſummam ipſarum iornatarum tricentum terrarum boſchi, & gerbidarum in locis in quibus ipſis electis videbitur, & ipſas terras atermina ri faciendi excluſis tamen, vt ſupra terris neceſſarijs pro dicta paſqueria noua fienda, quæ remaneant ad vſum ipſius paſqueriæ, & qcquid per ipſos electos, aut maiorem partem ipſorum, factum datum declaratum, & deſignatum fuerit valeat, & teneat, & inuiolabiliter obſeruetur ac ſi per præſens conſilium factū foret, & hoc ad habendum tenendum, & poſſidēdum, & quicquid ipſis emptoribus ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus, & ſingulis, quæ dictæ terræ habent ſupra ſe, infra ſeu intra ſe in integrum omnique iure, & actione vſu ſeu requiſitione acceſſibus, & egreſſibus ſuis vſque in vias publicas, & hoc pro pretio, & nomine pretij librarum ſex centum aſtenſium quod pretium dicti vēditores fuerunt confeſſi, & contenti nomine, & vice dictæ communitatis habuiſſe, & recepiſſe à dictis emptoribus, renuntiantes hoc ideo venditores ipſi exceptioni dicti pretij non habiti, & non recepti omnique ſpei futuræ habitationis, & receptionis eiuldem, & omni alij iuri & legum auxilio, quod quidem pretium fuit conuerſum ad opus, & vtilitatem ac commodum proprium dictæ communitatis, conſtituentes ſe ſe dicti venditores nominibus prædictis dictas terras, vt ſupra venditas tenere, & poſſidere nomine, & vicè dictorum emptorum donec, & quouſque ipſarum rerum poſſeſſionem apprehenderint corporalem quam apprehendendi, & acceptam deinceps liberè retinendi eorū propria auctoritate eiſdem emptoribus licentiam omnimodam contulerunt atque dederunt ſine cuiuſuis iudicis, ſiue alterius perſonæ licentia, & pœnarum incurſione, promittentes inſuper dicti venditores nomine, & vicè dictæ communitatis, præſentē venditionem, & omnia, & ſingula in præſenti inſtrumento contenta habere, rata, grata, & firma, nunquam contrafacere dicere opponere vel venire aliqua ratione cauſa ſeu ingenio de iure vel de facto ſub hypoteca, et obligatione omnium, et ſingulorum bonorum dictæ communitatis præſentium, et futurorū refectioneque damnorum expenſarum, & intereſſe litis, et extra, et ſi quo tē-

pore

pore de dictis iornatis tricentum terræ, vt ſupra venditis eiſdem emptoribus vel ſuis hæredibus vel habenti cauſam ab eiſdem, lis quæſtio aut controuerſia moueretur per libelli oblationem aut aliàs quouis modo, ipſam litem cauſam, & controuerſiam in ſe ſe nomine communitatis prædictę ſingula ſingulis referendo, ſuſcipient illico, & quam primum illis denuntiatum fuerit litis conteſtatione ſeu ſententia minimè exſpectatis, & ēt neceſſitate denūtiandi poſt poſita, quatenus expediret, in ipſiſque perſiſtere proſequi, & finire ſumptibus, & expenſis dictæ communitatis, ipſoſque emptores, & eorum hæredes dictarum terrarum, in poſſeſſionem, & proprietatem manutenere, & defendere, quod ſi fortè caſu aliquo fieri non poſſet promiſerunt reſtituere eiſdem emptoribus dictum pretium cum omnibus, & ſingulis emolumentis melioramentis quibus ipſa prædia plus valerent, ac omnia, & ſingula damna expenſas, & intereſſe de quibus ſtare voluerunt, & promiſerunt ſolo, & ſimplici verbo dictorum emptorum, & ſuorum de quibus ſupra ſine teſtibus, & iuramento aut alia quauis probatione, eo acto, & expreſſius reſeruato inter dictas partes per pactum expreſſum ſolemni ſtipulatione vallatum, quod ipſe Georginus nec ſui fratres nec alij participantes cum eo non poſſint nec debeant vendere nec aliter alienare de ipſis terris nec de aqua dictæ bealerie alicui perſonæ extraneæ, quæ nō ſit de Cuneo, ſeu de eius iuriſdictione ſub pœna confiſcationis ipſarum terrarum, & aquæ in contrarium venditarum vel alienatarum aut vēdendarum vel alienandarum, & precium ſeu precia eorundem applicandarum Curiæ Cunei, & confiſcatio terrarum, & aquæ communitati Cunei, & etiam cum hac conditione, quod ſi aqua labens per Borcam bealerie dicti Georgini non poſſit adaquare omnes dictas terras videlicet iornatas tricentū tunc, & eo caſu illud territorium quod adaquari non poſſet remaneat expectet, & pertineat ipſo iure, & ipſo facto dictæ communitati Cunei capiendo eum ab vno latere dictarum terrarum eligēdo per ipſam communitatem ſiue per perſonas electas, & deputatas ſuper recuperatione terrarum communium, quæ omnia, & ſingula in præſenti inſtrumento contenta promiſerunt ipſę partes ſibi ipſis ad inuicem, & viciſim ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus vera eſſe, & illa ſeſe inuiolabiliter obſeruare, vt ſupra renuntiantes ipſe partes exceptioni non numerati pretij ſpeique futuræ numerationis, & receptionis ac ēt rei non ſic geſtę, vel aliter fuiſſe dictum quam ſcriptum doli mali vis metus in factum actioni condictioni ſine cauſa vel ex iniuſta cauſa: & omni alij iuris, & legum auxilio quibus mediantibus contra præmiſſa venire poſſent, aut modo aliquo ſe tueri, cui quidem actui tanquam ritè, & legitimè facto prędictus dominus Vicarius ſedens pro tribunali more præſidis ſuper quodam banco in dicta conſiliaria exiſtente ſuam, & dictæ communitatis Cunei interpoſuit auctoritatem pariter, & decretum, quorum quidem confindici, & conſiliariorum nomina ſunt hæc, Ghirardus Bricij ſindicus, egregius iuris vtriuſque doctor Dominus Manuel de Thomatis Iacobinus Dulcis, Petrus Malopera, Georgius Farina, Antonius, de Allaxiis, Antonius de Acilio, Antonius Cabagni, Gabriel Verulphi, Iacobinus Luperia, Ludouicus Rubati, Ruffinus de Murris, Bertinus de Viali, Marenchinus Crauexani, Iacobinus Dalphini, Conſtantius Miglia,

& Petri-

HAYWOOD LIBRARY OF PHYSICAL MEDICINE

& Petrinus Meglioni, de quibus omnibus, & singulis suprascriptis præceptũ fuit mihi notario infrascripto fieri publicum instrumentum, dictamine sapientis si fuerit opportunum. Et ego Bartholomæus Corni de Cuneo publicus Imperiali auctoritate notarius, & dicti communis Cunei, scriba, ac curiarum quarunque Illust. D. D. nostri Sabaudiæ Ducis iuratus, suprascriptis omnibus, & singulis dum sic, vt præmittitur agerentur, & fierent præsens fui, vocatusque, & rogatus hoc præsens instrumentum sumpsi, quod per alium fidelem notarium alijs arduis occupatus negotijs ex licentia mihi concessa scribi feci, verum quia præcedente debita collatione cum originali prothocollo vtrunq; concordare inueni, Ideo hic me propria manu subscripsi, cum appositione mei soliti signi tabellionatus in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

Ordinamento della città di Cuneo di licenza per construer vn alueo, ò sia bealera sopra le fini di Cuneo, & condursi nella camparia del Castelletto, & Montanara detta de participanti li 29. Decembre 1567.

ANNO del Signore mille cinquecento sessantasette la decima inditione, & alli vintinoue di Decembre in Cunio nel pieno, & general consiglio d'esso luogo, hoggi tenuto di mandamento, licenza, presenza, & assistenza del molto magnifico Signor Gio. Francesco Giusiana dottor di leggi, luogotenente del molto magnifico Sig. Giacomo Bernezzo dottor di leggi, Vicario di Cunio, & suo mandamento per S. A. & all'instanza delli Signori Antonio, Vgatio, & Giacomo Acceglio, moderni sindici della magnifica communità di Cunio, precedente prima il suono della campana al modo solito, & della tromba nelli luoghi soliti per Antonio Esino trombetta d'essa communità, come ha riferto a me nodaro, & d'essa communità secretario sottosignato, nel quale consiglio è stato doppo altre proposte, & ordini fatti, proposo per essi Signori sindici, che hauendo altre volte richiesto li nobili Pietro Rotta, Giouanni Pascale, Giuseppe Acceglio del fu M. Luiggi, Gia como acceglio, Francesco Cramollo, & M. Pietro Abello il magnifico consiglio di volergli dar licenza di poter construer vn'alueo, ò sia bialera qual si cõduce sopra le fini di Cunio, & camparia del Castelletto, & Montanera, & hauendo comessa alli nobili dalla communità deputati di riueder il luogo, & hauendolo quello riueduto hanno richiesto, che gli sia concessa la licenza altre volte richiesta. Et il consiglio vdita la relatione delli nobili Antonio Capita, Gio. Pietro Porta, & Giuseppe Bouetto in ciò eletti, & veduta la capitulatione ha concesso alli Signori sindici, & ragioneri di conceder come detto consiglio fino al presente concede tale alueo alla forma della capitulatione, & alla tal forma conceder, & far l'instrumento. Vgatio.

Instru-

Instrumento di licenza di construer vna bealera detta de participanti, vltimo Decembre 1567.

NEL nome del Signor Iddio sia, corrente l'anno di esso Signor mille cinquecento sessanta sette la decima inditione, & all'vltimo del mese di Decembre fatto in Cunio, cioè nella casa del cõmune oue si sogliono tener la ragionarie, alla presenza iui delli nobili M. Dominico Bursa di Pancalieri, Giuseppe Bonetto, Carolo Oppezzo, & M. Scipione Brizzo, tutti di Cunio testimonij all'infrascritte cose chiamati, & richiesti. A tutti sia manifesto si come iui alla presentia di detti testimonij, & di me nodaro sottosignato, personalmente constituti li magnifici Signori Antonio Vgatio, & Antonio Capita Luogotenente dell'infrascritto Signor Giacomo Acceglio moderni sindici della presente città, & il mag. Sig. Gio. Battista Dalfino Dottor di leggi, & gli nobili M. Gio. Antonio Vgatio, Giuseppe Moro, Georgio Rubato, Antonino Coruo, & Gio. Battista Farina tutti di Cunio, & delli nobili ragioneri della presente città, li quali tutti vnanimi, & concordi, & niuno di essi discrepante per virtù del ordinamento fatto nel pieno, & general consiglio di essa città sotto li vintinoue del presente mese per me nodaro, & della magnifica communità di Cunio secretario sottosignato riceuuto, alqual bisognando se gli habbi l'opportuna relatione, & per virtù della possanza in esso ordinamento datagli in ogni miglior modo à loro di ragione possibile, seguendo la forma di esso ordinamento, atteso che bonificandosi respettiuamente le possessioni, che seranno adacquate, & se adacquaranno per l'acqua della bealera infrascritta hanno concesso, & per virtù del presente instrumento concedeno licenza, & piena auttorità alli nobili M. Pietro Rotta, Giouanni Pascale, Giuseppe Acceglio del fu M. Luiggi, Giacomo Acceglio, Francesco Cranello, & Pietro Abello tutti di Cunio, iui presenti, stipulanti, & accettanti per loro, & loro heredi, cioè di poter construer, principiar, & finir vno alueo, ò sia bialera qual si chiamarà la bealera de participanti, & qual togliarà, & haverà principio sopra le fini di Cunio, & sotto, e senza pregiudicio del battitorio detto di scarella, & qual alueo, ò sia bialera discorrerà sopra le fini di Cunio, & camparia del Castelletto, & Montanera, sotto li patti, forma, conditioni, reseruationi, & obligationi de quali infra, & non altrimente, & di solenne stipulatione vallato per li detti signori sindici, & ragioneri al nome d'essa communità, per vigor della detta possanza datagli dal predetto consiglio. Et primò che la bialera non sia, ne debba esser piu di quatordici piedi di larghezza, & due piedi di altezza alla tappa, ò sia borcha, doue si prende tal acqua, la qual tappa si possa piantare cento trabucchi oltra la rippa del gezzo; Et trouandosi di piu in misura sij essa acqua della cõmunità di Cunio, & la possi distribuir & alienarà chi gli parerà. Più che l'acqua di essa bialera non possa vendersi, alienarsi per li participanti, per cõdursi fuori del finaggio, e mandamento di Cunio, ò farne contratto di qual si voglia

HAS ROBA BIBLIOTECA OHVMENHEROBA

glia sorte, ò disponer. Più rittouandosi alcuno participante qual vendi, alie
ni, doni, ò faccia altra sorte di contratto di essa acqua ad alcuno, che non sia di
Cunio, finagio, ò giurisdittione, & che si conduca fori della giurisdittione, che
incorra nella pena di scudi cento d'oro, applicanda tal pena per il terzo al fi-
sco, il terzo alla communità, & l'altro terzo alla reparatione di essa bialera, &
oltra detta pena in corsa, in modo alcuno non possi cauar tal acqua, ò portione
di essa fori di detto finaggio, e giurisdittione di Cunio, anzi resti tal acqua
alienata, come sopra, o donata, ouero per altro contratto distratta de gli altri
particolari participanti, mediante il prezzo qual sarà tassato per gli estimato-
ri della communità predetta di Cunio, & restarà tal prezzo di essa communità
Più che la communità non sia tenuta ad alcuna euittione per essa bialera, &
acqua, ma solo gli cede, & rimette le sue ragioni, & attioni, quanto di ragione
puo, & non altrimente senza però pregiudicio delle ragioni del terzo, & delle
conuentioni, & transattioni fatte con qualche persona, o vniuersità. Delle
quali ragioni, & attioni detti Signori sindici, & ragioneri ad esso nome, spon
taneamente per loro, & loro successori si sono spogliati, & n'hanno inuestito,
& inuestiscono detti participanti iui presenti, & come sopra stipulanti, & ac-
cettanti. Più che detta acqua non si possa alienar, vender, permutar, donar, o
far alcuna altra sorte di contratto, o dispositione ad alcuno, qual non sopporti
li carighi alla forma, che supportano gli huomini di Cunio, per tutti li beni
quali hanno sopra il finaggio di Cunio, & di sua giurisdittione, e mandamen-
to quali non siano tenuti, & reputati per huomini di Cunio alla forma solita
delli statuti di Cunio, & secondo per l'auenire sarà per il consiglio di Cunio
stabilito. Più che detta acqua non si possi cauar piu della metà dal finaggio
di Cunio per condursi sopra la camparia del Castelletto, & Montanera, di
modo che resti sempre la metà di tal acqua sopra il finaggio restretto di Cu-
nio, escluso la camparia del Castelletto, & Montanera, a qual resta la metà
restante, saluo con licenza, & beneplacito del consiglio generale di Cunio.
Più che si debbano mantenere li ponti, & gorgie doue sarà necessario, &
ispediente alle strade publiche, & che li ponti siano di pietra di larghezza di
vno trabuco, & che perpetualmente essi participanti debbano mantenerli,
tanto in essi luoghi, come in altri sarà necessario, & ispediente, & non facen-
doli, che la communità gli possi far fare alle spese di essi participanti al doppio
di quello che costaranno. Più che venendoli per caso, il che non si crede, à
smembrar il Castelletto, ò Montanera dalla giurisdittione, & mandamento
di Cunio, & non restando al modo, che restano adesso, che detta acqua spet-
tante al Castelletto, ò Montanera resti ipso iure al finaggio di Cunio, & à
quelli che habitaranno in Cunio, & saranno reputati per huomini di Cunio,
pagando essi participanti tal acqua qual si rimouerà dal Castelletto, ò Monta-
nera alla communità di Cunio. Più che detta acqua non si possi vender, alie-
nar, permutar, donar, ne contraher di alcuna sorte, ò far alcuna sorte di dispo-
sitione in persone quali non siano laice, & di Cunio, & paghino come sopra
tutti li carighi di Cunio per le possessioni quali possedono sopra il territorio,
& finaggio di Cunio, restando tal acqua venduta la metà al fisco, & l'altra me-
tà alla

tà alla communità di Cunio. Più che non si possi essa acqua vender ad alcuno
di Peueragno senza espressa licenza del general consiglio di Cunio, con pena
di perder l'acqua à colui che la venderà, applicanda la metà al fisco, & l'altra
metà alla communità. Più che essi particolari a cui si concede tal alueo di bia-
lera quella, ò quello habbino d'hauer finito fra sei anni prossimi d'auenire,
comintiando dal giorno d'hoggi, saluo che fossero impediti per legitima cau-
sa, il che non hauendo fatto fra il tempo sudetto, che la presente concessione
si habbi per nulla, & inualida, & qual sino adesso si annulla, & detta commu-
nita resterà nelle sue ragioni nelle quali era auanti la presente concessione, sot
tomettendosi detti participanti spontaneamente in osseruanza del contenuto
nel presente instrumento ad ogni corte del Sereniſſimo dominio di S. A. re-
nontiando al priuilegio del loro tribunale, & alla legge si conuenerit. ff. de iu-
risdict. omnium iudic. Le quali tutte sopraſcritte cose, & contenute nel pre-
sente instrumento, detti signori sindici, ragioneri, & participanti hanno detto
esser vere, & hanno promesso quelle respettiuamente, come à cadauno di loro
spetta, & appartiene attender, & osseruar, & toccate per ogn'vno di loro cor-
poralmente le scritture nelle mani di me nodaro sottosignato, hanno giurato
in nissun tempo contrafar, dir, ne opponer in alcun modo ragion, e causa, sot-
to obliganza de beni di essa communità, & participanti, presenti, & d'auenire,
& con plenaria restitutione d'ogni danno, spese, & interesse de litti, & fuori di
litte. Renontiando di piu in virtù di detto giuramento all'eccettione della
sopraſcritta concessione non costi come sopra con li patti, & conditioni sopra
scritti fatta, & del presente contratto non cosi come sopra stipulato, & celebra
to, & finalmente ad ogni altra eccettione, & aggiuto di leggi, & di ragione.
Delle quali tutte sopraſcritte cose sono stato richiesto io nodaro sottosignato
douerne riceuer due publici instrumenti, cioè vno à opera di essa communità
& l'altro à opera di essi participanti di vno tenore, & sostanza al dittame di
vno sapiente se sarà ispediente. Et Io Ludouico Vgatio Cittadino di Cunio
publico per auttorità apostolica, & Ducal nodaro il sopraſcritto instrumento
richiesto ho riceuuto, & da altri negotij impedito per vn mio coadiutore fide-
le l'ho fatto leuar per virtù della licenza ducal à me concessa, à opera del no-
bile M. Francesco Crauello, in virtù della ingiontione à me fatta dal magnifi-
co Signor Gottofredo Balbo Vicario di Cunio, & suo mandamento, come ne
consta lettere date in Cunio li quattro di Luglio mille cinquecento settanta
vno, debitamente sigillate, & sottoscritte Ritius, & fatta la debita collatione
col prothocollo, & ritrouandosi ambi concordar mi son qua sottosignato, con
appositione del mio solito tabellional segno in fede d'esse premesse cose.

Sentenza della Camera in prima instanza, tra la città di Cunio, & il Patrimoniale di S. A. Serenißima sopra le gabelle li. 7. Marzo 1582.

CARLO EMANVEL per gratia di Dio Duca di Sauoia, Principe di Piemonte, &c. A tutti sia manifesto come essendosi mouuta litte dinanci alla Camera nostra de' Conti tra il bendiletto Procurator nostro Patrimoniale supplicante da vna parte, & la communità, & huomini di Cunio supplicati dal altra, nella quale detto Procurator nostro Patrimoniale per vna sua supplicatione haueua narrato si come la detta communità, & huomini esigiuano, & scodeuano pedagij, daciti, gabelle, & altre esattioni in detto loco, & ne imponeuano delle noue, senza che di questo hauessero da noi alcune concessione ne permissione, quelli augumentando à loro piacere, la qual cosa non segli doueua permetter stando che cio cedeua in grande dãno de' populi, & sudditi nostri, percio detto procurator nostro patrimoniale domandaua che fosse inhibito alla detta communità, & huomini di Cuneo di esiger ne imponer tali daciti, & gabelle ĩ esso luogo ne quelle augumentar per non hauerne d'esse alcuna concessione, & mandar douersi redur alle mani nostre essi daciti gabelle, & altri imposti con le inhibitioni opportune, & sopra il tutto che gli fosse prouisto, al che essendosi opposto la detta communita, & huomini di Cuneo allegauano esser al legitimo, & titulato possesso di esiger, & imponer daciti, & altri imposti in detto luogo da antiquissimo, & immemorabile tempo in qua, & essergli ancora di presente, & che percio non segli doueua innouare cosa alcuna, & volendo far apparer al detto Procurator nostro patrimoniale di tal loro facultà che haueuano di esiger, & imponer come sopra daciti, & Gabelle, & del possesso nel qual erano sempre stati, & sono di presente haueuano esibito vn transonto di instrumento de patti, & conuentioni fatta tra il Sereniſſimo Amedeo Conte di Sauoia, & la detta communita, & huomini di Cuneo riceuuto, & sottoscritto per Ioãni Bechieri, & Lorenzo de Tomatis nodari di Cuneo l'anno mille trecẽto ottanta doi, li diece di Aprile per li quali patti appareua che la detta communita poteua imponer di nouo altri pedagij, & quelli augumentar à suo piacere, & per magior chiarezza delle buone ragioni d'essa communità haueua capitulato, & prouar intendeua si come gli huomini, & agenti della detta communita da diece vinti trenta quaranta cinquanta anni, & dà tanto tempo in qua gionto il tempo de loro anteceſſori che trapassaua la memoria di ogni huomo viuente haueua tenuto, & poseduto le gabelle, & era stata sempre in possesso pacifico della ragione facultà, & autorità di scuoder, & esigere le gabelle in esso luoco quelle imponendo, & imposte scuodendo publicamente, & pacificamente sapendolo, & saper potendolo li patrimoniali nostri senza già mai

hauer

hauer fatto contraditione alcuna saluo la presente, & altre cose haueuano capitulato, & dedutto per verificatione del detto suo solito possesso, le qual richiedeua esser admessa à prouare; Haueua di piu esibito detta communita vn authentico in carta bergamina antiqua del anno mille trecento ottanta doi li diece di Aprile sottoscritto da tre nodari cio è de Megliano di Piobes. da Girardo Briccio di Valenza, & da Antonio Franco dentraique per il qual autentico constaua l'Illustrissimo Signor Conte Amedeo di Sauoia tra altri capitoli dato autorità à detta communita d'imponer, & augumentar, & esiger gabelle. Haueua di piu esibito molte altre ragioni enuntiate in vna cedula comminciante, il Signor Procurator patrimoniale sottoscritta Gioan. Francesco Iussiana per le quali ragioni amplissimamente, & à sufficienza constaua del antiquissimo possesso solito, & consueto anci del autorità possanza, & amplissima ragione d'imponer esiger crescer, & diminuire le gabelle de quali si trattaua, le quali ragioni attese richiedeua detta cõmunita che detto Procurator nostro patrimoniale fosse depellito dalle sue richieste, & essa liberata, & assolta da questa indebita molestia, & consequentemente piu forte mantenuta, & cõseruata nel gia detto antiquissimo, & cõtinuato possesso, & quasi & ministra togli Giustitia cõ vitoria delle spese. Et opponẽdo detto procurator nostro patrimoniale alle ragioni dalla parte produtte, de scrittura priuata le quali nõ faceuano fede in giuditio ne fuori ne giouauano alla detta parte meno noceuano à esso Patrimoniale nostro, & anco contra gli asserti capitoli d'essa parte essere irrelleuatorij, & impertinenti quali tendeuano solo à diffugio instaua percio che fossero repelliti atteso che per essi non si poteua far magior proua che per le asserte ragioni produtte dicendo che la detta communita haueua augumentato eccessiuamente l'esattione delli pedagij, & gabelle oltre il solito, & piu del douere, & che percio doueua esser condennata à restituir lesatto per detto augumento, & nelle pene della ragione con prohibirgli di piu augumentare ne proceder all'esattione del augumento gia fatto redutte alle mani nostre le dette gabelle, & pedagij p̃ hauerne d'esse abusato senza hauer alcuna tariffa, & modo di esigere confirmata ne approbata dalla detta Camera nostra per non esser; licito alla detta communità auersante di augumentare le gabelle come si vedeua hauer fatto tante volte, il che non gli era permesso etiam datto che haueſſe facultà augendi, & minuendi perche ciò s'haueua da intendere una o due volte, & non che tal facultà fusse perpetua altramente non sarebbe mai alcun fine ne termine. Il che tanto piu si doueua intendere in simil caso datto tanto ampla, & libera facolta come pretendeua la communita poiche sumus in odiosis, & in prohibitis à iure communi: il che fatto che gli fosse ministrata giustitia, & fatto come sopra, & respondendo detta communita di Cuneo alle cose dalla parte allegate per rimostrare del antiquo possesso, & della ragione di gabellare, & le gabelle imponere crescere, & minuire, & cosí imposte crescíute, & minuite scoder, & esigere haueua esibito quattro libri di cartone bianco coperti il primo de quali si leggeua de l'anno mille cinque cẽto sessanta vno fino al'anno mille cinque cẽto sessanta sei, inclusiuamente per Filippo Giordani riceutto, & sottoscritto, il secundo del anno mil-

 le cinque

HAVROA BIBLIOTECA